DIAGRAMMA SEU INSTITUTIONUM IURIS CAESAREI TABULARIS DIUISIO VNIUERSI LEGALIS...

Jean Scipion : de Pol




DIAGRAMMA
seu
Institutionum Iuris Cæsarei
TABVLARIS DIVISIO
Vniuersi legalis campi
Terminos
Primo Vmbratilis notitiæ
obtutu
Sub aspectum subiiciens
Auct. I. Scipione Maria
De POL D. de st Tronquet
& Belsueil
Nobili Auenionensi
è Volsca extinct. acad. Inflamato
ROMÆ
Apud Franciscum
Caballum
an. 1645
Iustitia & Pax osculatæ sunt Psal. 48

Imprimatur si Reuerendiss. P. Magistro Sac. Pal. videbitur.

A. Sacratus Episc. Comaclen. Vicesg.

EX commissione Reuerendiss. P Mag. Sac. Pal. Apost. ego subscriptus accuratè perlegi libellum, cui est titulus, Diagramma, siue institutionum Iuris Cæsarei Tabularis diuisio Ioannis Scipionis Mariæ de Pol Auenionensis, cumque in eo nihil catholicæ fidei puritati, & morum honestati repugnans deprehenderim, selectaq; in eo iuris materiæ Excellenti methodo disponantur, dignum propterea Romanis typis eundem censeo, Romæ 27. mensis Iulij 1644.

Ego idem qui supra Antoninus Bucchierius Cusentinus I. V. D. & in Almæ Vrbis Gymnasio Institutionum Imperialium primarius Interpres, &c.

Imprimatur. Fr. Hyacinthus Serronus Mag. & Socius Reuerendiss. P. Fr. Michaelis Mazarini Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.

Emin.^{mo} & R.^{mo} Principi

D·D· CAMILLO PAMPHILIO

S. R. E. CARDINALI, AVENION. LEGATO, S. D. N. INNOCENTII X. Pont. Opt. Max. ex fratre Nepoti, Pontificiarum Copiarum Generali Ductori &c.

Io. Scipio Maria de Pol de S. Tronquet Auenionensis F.



DVM tandem, Eminentissime Princeps, Martij accentus lætique tubarum clangores altiori tono aduentum INNOCENTII Decies OPTIMI intonare desinunt, sinuntque humiles subditorum concentus audiri; factus ego tanti nominis tibicen, Hocce venerationis meæ legale monumentum E. V. dicare non vereor, nec temeritatis arguar, cum certò sciam quod E. V. tam deuoti animi propensionem, quàm subditi obseruantiam suo patrocinio tuebitur, protegetque.

ELOGIVM
IN AVSPICATISSIMAM ASSVMPTIONEM
S. D. N. INNOCENTII X.
PONTIFICIS OPT. MAX.



Nemo non videt Insignem Pontificem,
Insigni nomine meritò insignitum,
Nam S. Eusebius verè εὐσεβὴς
Non solùm vt βιοφέλης, sed vt εὐσεβίφιλος euaderet
Diui PAMPHILII nomen in omen Amicitiæ,
Sibi tribuit, & adscripsit, *a*
Nunc verò Diuus PAMPHILIVS, vt par pari referret,
Martyr Matri Ecclesiæ
Agnatum suum virtute Agnitum,
Spopondit & sponsum reddit
Quem sibi ROMA ~~pàrere debuit,~~
Vt filio Patri Patriæ parèret
Illique Dominij Ius cederet
Qui Dominus sederet
Antiquitus enim Arcana sua nomina
supprimere voluit *b*
Valeriumque Soranum illorum euulgatorem
Vltimo affecit supplicio
Vt Beatus Petrus tamquam Ecclesiæ
Cathol. Apost. Romanæ caput
Ex Cephalon Cephas diceretur
Et B. πάνφιλω non datum Amoris nomen
Innatum inderet
Arcanoque appellaretur nomine,
Qui Dei, sibi arcani, arcana propalaret,
Siquè vero anagrammate loquar

a Suidas.

b Varo. Solinus. Pierius. hierogl. lib. 3.

EC

ECCE NVNCIVS DOMINI
INNOCENTIVS DECIMVS
Ε'υσεβέως olim titulo Condecoratus.
Cui licet adhuc infulæ deessent
Nomen ac Merita sanè non deerant
Qui ad huius tandem dignitatis fastigium
Non cœco fortunæ beneficio,
Sed oculatæ virtutis officio.
Felix ascendit
" *Sic ætas animo cessit, quererentur vt omnes*
Imperium sibi serò datum — c
In cuius aduentu non solum in Vrbis sed Orbis Conclaui
Sanctæ Crucis Vexillum exaltatum fuit
Vt sub hoc signo alterius νικομένοντος
Seu pacis Victoriam Reportantis
Festum celebraretur,
Sic ex Iambo Senecæ, faustum
In huius ortu Mundus impendit diem
Cuius Columbam Vrbanis Apibus succedere decuit
Cum domestica Imo pacis sollicita.
Vniuerso terrarum Orbi.
Armorum, & Rumorum diluuio immerso
Oliuæ Ramum deferat
Qui totius naturæ Deus Pan-Philo doctrina
Vtramque vitam, vtraque Claui
Pandit, dum Panem dat
Christianæque nauis Clauum Regens
Nullis animi affectibus Regitur.
Hinc ex Ciceronis Oraculo d
" PAMPHILVM *sinamus in Insulis*
Tantam Rem tanquam pueriles delitias depingere
Cui dum eius splendor Poëticos numeros
Velut Sol oriens auium cantus excitat,
Vt diu meritorum dono fruatur,
Profundissimè procumbens exoptat.
Io. Scip. M. De Pol de S. Tronquet Auenionensis
Sanctitatis suæ Vassallus deuotissimus.

c *Claudian.*

d *lib. 3. de orat. fol. mihi 112.*



HIC

Hic quem sæpius vidisti
Inter iuris candidatos
Inter Barbatos Platoneas imberbem Apollinem disputantem,
Ne mireris, sed merito admireris;
Est ille
Annoso vetusti generis splendore Nobilissimus
Generosæ virtutis fulgore splendidæ prosapiæ
DE SAINCT TRONQVET
Germen viridissimum,
IO. SCIPIO MARIA de POL Auenionensis,
,, Fama super æthera notus.
Cui singularis vitæ probitas,
Iuris vtriusque prudentia,
Antiqua Græcorum, Latinorumque eruditio,
Musarum decus, gratiarum decor,
Multaque laudis & voti eximie contigerunt.
Qui Herculea, & Gallica (idem est) virtute altrici,
Postquam disciplinarum orbem gloriosè absoluit
Non solùm in varijs Palæstris,
Difficiles iuris nodos soluit,
Verum etiam
In hoc Iustinianarum Institutionum Theatrali tyrocinio,
Imò venusto Legum Amphitheatrali lenocinio
Fœliciter resoluit
Ergo diserte Lector,
Quando tantillum temporis
A grauissimis tuis rebus vacauerit,
Inspice & volue aureum libellum,
Ac cum
MELCHIORE de GRATIA Lusitano Mathosiniensi
I. V. D. Proton. Apost.
Canon. Secular. Congreg. S. Ioan. Euangel.
E Volsca Extinctorum Academia Electo;
Candidissimo, Candidatissimo Authori,
Amico eius charissimo,
Atque animæ dimidio,
Exopta Nestoreum Æuum:
Nam
Si doctissimum Adolescentem
Qui egregium opus prælusit,
Colueris, foueris, extuleris,
Vt par est
Quid non aliquando post præludia
Effecturum speres,
Vbi
(Quum per ætatem licuerit)
Seria tractare occeperit?

Quod fatale legibus sic
Tabulis incidi
Legum Cæsarearum εἰσαγωγὴν
IO. SCIPIO MARIA de Pol D. de S. Tronquet
Digessit in Tabulas.
Scilicet non sago solùm, sed & toga conspicuos
Profert (etiam Braccata) Gallia Scipiones:
Quibus
Non auorum splendor, non egregia ad auorum æmulationem a
Virtus, aut species,
Et omninò ad Imperium reponit, imperiùm deest,
Huic certè vni, nec Imperium,
Legitimum modo imperium sit, imperare sibi,
Imperare mortalium cordibus.
Vobis ne tantùm posthac placeant vestra studia
Viri Palatini, Cæsarei antecessores
Triboniane, Theophile, Dorothee!
Congesta per Vos rudimenta Iuris
In has digesta tabulas si spectetis,
Ipsi Vobis
Trium viris subsellia
Scipioni etsi minori & sub patria potestate constituto
Curulem sellam adiudicabitis.
Votiuæ fuerint hæ Tabulæ Ciceroni b
Quibus in legum ciuilium studio nil absolutius
Siue promitteret, siue optaret.
Liui c, si tibi credimus,
Non vltrò hospitam, sed contubernalem,
habebit Tellus Astream,
Ex quo habere sub Cœlo tabulas cæpit.
Nimirum ex his debuit illi tabernaculum construi
Vt pro merito colenda
Ad hæc lubenter ima descenderet,
Et decoræ domicilij fraudaret
Repetundi Cœli cupidinem.
Tu verò
Quisquis has Tabulas inspecturus accedis
Hunc, si libet, excurre λόγον
Illæ Iustitiæ lineamenta
Auctoris stylo graphicè delineata,
Hic in Auctorem,
in quo
Generis claritas,
Genij felicitas,
Ingenij amænitas
Cum morum elegantia
Ad immortalitatem famæ conspirant,
Deuincti animi iustitiæ studio
exhibet
in
AVSONIO NOCTINOT
παράδειγμα.

a *Nam sæpe audiui, P. Scipionem solitum ità dicere: cum maiorum imagines intueretur, vehementissimè sibi animum ad virtutem accendi.* Salust. de bel. Iug.

b *Si aut mihi facere licuerit; quod iamdiu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, vt primum omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt, tum propriam cuiusque vim definitione declaret, perfectã artem iuris ciuilis habebitis, magis magnam atque vberem, quàm difficilem, & obscuram.* Cic. apud Vigell. in epist. nuncup. ad repert. iuris.

c *Constitutum est, eam domum debere cuique nostrum existimari, vbi quis sedes, & tabulas haberet.* Liuius lib. 4.

D. Eusebius Bonfanti Romanus Canon. secul. S. Saluatoris de Lauro in Vrbe.

Hujus Libelli Auctor, adverte lector,
Est D. Io. Scipio Maria de Pol
D. de S. Tronquet
Nil ergo mirum,
Si famæ jura, & gloriæ decus sibi vendicat,
Dum Scipionis nomen
Æquali, ceu potius auctiori reddit fœnore;
Ille Romanus Africani nomen armis quæsivit,
Hic Gallus Romani litteris acquisivit:
Ille olim insequutus Hannibalem ense glorioso,
Hic Iustinianum consequutus calamo gloriosissimo.
Ille Africam Romano subjecit Imperio,
Hic Legum methodum Romano adjecit Magisterio:
Ille pugnans, hic scribens, triumphavit.
Ille fuso cruore clarus, hic atramento clarior.
Illum Numinibus parem fecere Regnorum iacturæ,
Hunc Cælitibus non imparem Iurisconsultorum lecturæ.
Paria ambobus facinora, sed impar decus vtrique;
Tantò enim est Africano maior Gallus Scipio,
Quantò nobilius manibus ingenium, &
Armis Toga.

Longævus Phœnix multæ post tempora vitæ
Intenso nimij solis ab igne cadit.
Sed busti è medio surgit rediuiuus in auras,
Et nova Phæbeo lumine vita redit.
Sic Leges olim vixerunt secula plura,
Donec fatali succubuere rogo.
Sed redeunt iam luce nova; mens corde resurgit,
Scipio, crede mihi, Iustiniana tuo.

D. Bartolomæus Rezoaglius Placentinus.

Sci-

Scipiadum virtus olim Romana beauit
Arma ſago, ipſa toga nunc quoque Iura beat.

D. Scipio Polydorus Roman. Canon. ſecul.
Congreg. S. Georgij ab Alga Venet.

Ne quis legitimi non norit munia juris
Prodit, quem cernis, lector amice, liber.
Quàm Benè jura docet, quàm rectè diuidit agros,
Quàm benè iudicium reddit vtroque foro.
Ante oculos mihi crede tuos manifeſta patebit
Iuris prudentum Bibliotheca Patrum:
Nam quicquid legum numeroſa volumina narrant
Iſte recens, gratus plaude, Libellus habet.

D. Petrus Buttafoco Siculus S. Theol.
& I.V.D. Protonot. Apoſtolicus.

Quam poteras Iuris metam vix tempore longo
Tangere, iam poteris, Lector amice, breui.
Ergo Scipiadis felix applaude labori
Otia defeſſo qui tibi pulchra dedit.

D. Petrus Philippus Monaldus
de Planis Siculus.

" Gallia cauſidicos docuit facunda Britanos;
Cujus doctrinæ gloria magna fuit.
Hoc vno Gallis maior ſed gloria ſurgit:
Romanos Gallus SCIPIO jura docet.

D. Lolcyrius Baſſus
I.V.D. Veliternus.

SONETTO.




EL vasto Campo, in cui d'Astrea la spada
Hor gli empi abbatte, hora difende i giusti:
Entri chi brama in pochi spazi, e angusti
D'hauer sicura, e vantaggiosa strada.

Entri, corra l'arringo, e quindi vada
Pare à gli Eroi de' Secoli vetusti:
Che calcando l'oblio, non fin che gusti
L'onda di Lete, e che'l suo nome cada.

SCIPIO n'apre il sentier, SCIPIO, che puote
Solo apportar del Sol fatto riuale;
Viuo splendor con le sue chiare note.

Anzi SCIPIO del Sole assai più vale,
Perche reca (ò stupor) con arti ignote
Vaga, e lucida L'OMBRA al Sole eguale.

Lodouico Prosperi Dottore d'ambe le Leggi, e Prencipe dell'Academia dell'Estinti in Velletri.



PRAELVDIVM.



DVM politioribus Litteris deditus Iusti Lypsij opera peruoluerem, ipsius lectura tantum in me odium erga iuris scientiam Concitauit, vt legale studium amplexurus ab eo suscipiendo deterrerer, *Romanas enim leges nullo nisi litium fructu* Receptas *fuisse dicit*, a, *nullamque causam esse tam improbam cui non detur color vel tam claram, quæ aliqua lege, vel doctorum Interpretatione non obscuretur*. Sed animo fretus, vt illud antemurale euerterem, & ad totius cognitionem deducerer Totum legalem campum ex mente Senecæ *b* diuidere eiusque limites denudare sum arbitratus, ea maximè ductus Ratione, quia difficultas, expermixta traditione, per separationem explicatur *c*, & quemadmodum agrorum diuisio Vberiorem culturam Reddit, *d* ita quælibet dispositio distinguenda est, vt ipsa ad concordiam deduci possit, sicuti dici solet distingue tempora, & concordabis Scripturas *e*, Hinc enim fit, vt posita sit scientia in Rebus cognatis inquirendis, dissimilibus distinguendis, similibus componendis, proprijs coniungendis, coniunctis discernendis, Alienis distinguendis, Parum Congruentibus quadrandis, & illis quæ sine ordine sunt in ordinem Redigendis *f*, Quin imò non solum partitio Intelligendi celeritatem confusione implicatam instruit, orationem reddendo perspicuam, *g* sed & singulari delectatione, iudicium in cognoscendo acuit, legentis animum incitat, mentem audientis præparat, & artificiose memoriam corroborat, *h*. Nec casus solum distinctionibus secernendos

a *in monit. polit. lib. 2. ca.* 10.

b *Epist.* 88.

c *§. alio 4. Inst. quib. mod. test. infirm. §. sed ne inprimis* 3. *Inst. de legat.*

d *l. caius §. titius ff. de legat.* 2.

e *gl. in l. apud antiquos* C. *de furt.*

f *Maxim. Tyrius dissert.* 11. *fol.* 401.

g *Cit. in Rhetor.* h *gl. in proem.* *Inst §. igitur* 4. *verb. partiri Ias. in rubr. ff de legat.* 1. *n.* 22. *& in rubr. Inst. de action. num.* 38. *Guliel. Benedict. in cap. Raynutius verb. & uxorem num.* 175. *de testam.*

dos (quod alias Clarissimus Socinus Iunior maxima eruditione præstitit) sed & principales iuris materias diuisionibus fore illustrandas duxi necessarium, Nec non adhibendum Ciceronis consilium qui *i* aliquando ius vniuersum in artem Redigere cogitans *l*, illud in genera dirigere eaque in membra partiri volebat, vt propriam cuiusque vim definitione declarans perfectam iuris artem redderet, cuius Intento inhærens hanc διαγραφὴν enucleaui quam nunc in lucem quodammodo Volens nolens emitto non vt mihi, vel tantulum laudis Comparem sed vt, (parendo summis viris mei peramantibus qui me plusquam par erat vrsere) labore meo aliquid publicæ vtilitati Conferam, Itaque ex Manilij *m* prædicto Materias,

Ordine sub certo Reddam cum pandere earum
Incipiam effectus, nunc ne per mixta legentem
Confundant, nudis satis est insistere membris;

i lib. 1. de orator.


l Gell. lib. 1. noct. attic. cap. 22.

m lib. 3. astronom. ver. 157.



INSTITVTIONVM LIBRI PRIMI

Tabularis diuisio.



NSTITVTIONES ab instituendo dictæ sunt *a*, & sunt præceptiones ad generalem iuris cognitionem pertinentes, quibus legum studiosa iuuentus instituitur, vt ad sublimiora perduci possit *b*. Nam sicut rudimentum anteit experimentum, & pictor lineamenta prius ducit quàm coloribus rem illustret; ita Iustinianus *c* præcepit, vt iuris discipuli primo anno Institutiones audiant, cum sint prima iuris Romani semina, Legum cunabula *d*, & iurisprudentiæ, seu legitimæ scientiæ elementa *e*. Iurisprudentia autem est diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. *f*

TIT. 1. de iust. & iure.

& huius sunt tria præcepta *g*.
- Honestè viuere — Quod bonos mores respicit, ne quid indecorè & minus honestè fiat, & istud est præcipuum in se alia continens
- Alterum non lædere — quod ad personam spectat, ne alteri faciamus, quod nobis fieri nolumus,
- Ius suũ cuiq; tribuere — quod respicit res ne alios decipiamus, sed vnicuique suum reddamus.

Finisque iurisprudentiæ est iustitia, quæ definitur: Constans, & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi *h*, seu habitus, & affectio firma voluntatis, quæ neque pecunia corrumpitur, neque potentia frangitur, neque gratia inflectitur, sed semper manet incorrupta, & impellit ad cultum Deo, suumque cuilibet; tam diuiti, quam pauperi, tribuendum, &

diuiditur in
- Diuinam, quæ iurisprudentiæ humanæ finis esse nequit, quamque legum humanarum beneficio assequi non possumus.
- Humanã, quæ duplex est
  - Metaphoricè dicta, quæ ad hominem est secundum diuersas partes, & est rectitudo ordinis in partibus omnibus: vt scilicet irascibilis, & concupiscibilis subdantur voluntati, & voluntas rationi
  - Propriè dicta, quæ triplex est, *i*
    - Vniuersalis, quæ virtutes omnes sub se complectitur, tanquàm sola earum domina, mater, & Regina
    - Legalis, seu generalis, quæ est particularis virtus, respiciens bonum, commune Reip., illudque procurans, & promouens *k*
    - Particularis, qua simpliciter iusti appellantur, & ab alijs peculiari suo munere distinguitur, de qua, in hoc tit. &

a §. *l. institutiones & ibi add. in §. cũque, in proem. Inst.*
b *l. 1. §. sed cum prospeximus versic. & ideò C. de veter. iur. enucl.*
c *in proem Digestorum §. itaque. & § discipuli.*
d *§. cumque hoc in proem. Inst.*
e *§. igitur 4. ibid.*
f *§. 1. hic & l iustitia 10 ff eod.*
g *§. 3. hic & d. l. iustitia. §. 1. Plato dialog. vlt. de legib.*
h *Hic in princ. & d. l. iustitia.*
i *Arist. lib. 5. Ethic. ad nicom. cap. 1.*
k *S. Tho. 2. 2. q. 58 art. 6.*

A Com-

duplex est *a*
- Commutatiua, quæ in hominum negotijs versatur, respicitque conditionem rei ab altero acceptæ, vt ei reddat æquale, idcirco dicitur arithmetica seruans in omnibus personis æqualitatem.
- Distributiua, quæ pœnas & præmia distribuit Geometricè, iuxta meritum, conditionem, & qualitatem personarum, & hæc reperitur in Principe, vel Magistratu.

Iustitiæ vero obiectum est Ius, *b* quod definitur ars boni, & æqui, *c* & primò duplex constituitur à Iurisconf. *d*
- Publicum, quod omnium vtilitatem, & vniuersum Reip. statum Respicit, *e* & consistit in
  - Sacris,
  - Sacerdotibus,
  - Magistratibus,
  - & alijs. *f*
- Priuatum, quod ad singulorum spectat vtilitatem, *g* cuius frequentior est vsus, & triplex est *h*
  - naturale,
  - gentium,
  - ciuile.

naturale duplex est, *i*
- Commune, quod tam Brutis, quàm hominibus conuenit, & ad quod tam homines, quam alia animalia, *k*. instinctu naturæ feruntur. sed dispari modo, vt
  - se ipsum diligere & conseruare,
  - vim vi repellere,
  - sibi simile generare, & alia
- Humanum, in quod soli homines dictante ratione feruntur, vt, *l*
  - Deum agnoscere, & colere;
  - parentes, & patriam diligere;
  - stare promissis;
  - neminem offendere, & alia

Gentium est, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit. *m*. & duplex est. *n*
- Primarium, quod oritur à ratione à Deo nobis indita, *o* & idem est, quod naturale humanum, sic interdum naturale vocatur *p*
- Secundarium, quod non à ratione à Deo indita emanauit: sed necessitate, aut discursu quodam practico in nobis excitato, propter Conseruationem humanæ societatis introductum fuit *q* vt est
  - Gentium discretio,
  - Regnorum, & dominiorum distinctio,
  - terminorum positio,
  - ædificiorum constructio,
  - bella,
  - captiuitates,
  - seruitutes, &
  - ferè omnes Contractus. *r*

Ciuile est, quod quisque populus in sua Ciuitate sibi statuit, quandoque aliquid iuri naturali, vel Gentium addendo, quandoque aliquid detrahendo, *s* & duplex est
- Commune, quo generaliter omnes in Prouincia, vel Regno vtuntur
- Particulare, seu municipale, quo gaudent singulæ Ciuitates, exceptis
  - stipulatione,
  - litterarum obligatione,
  - emphyteusi,
  - sponsalitia largitate, & alijs huiusmodi.

Iu-

TIT. 2. de iur. natur. Gent et ciuil.

a *Arist. 5. lib. Ethic. c. 2. S. Th. q. 61. art. 1. Gregor. Tholos. syntax. art. mirab. li. 39. de virtut. cap 3.*
b *Molina de iustit. tract. 1. disp. 3. n. 4.*
c *Vlpian in l. 1. ff. hoc tit.*
d *§. huius studij vlt. hic & l. 1. §. 2. ff eod.*
e *d. l. 1. §. 1. ff. eod.*
f *de quibus agitur in 3. lib. vlt. C. & 1. lib. ff. veteris in fin. & princ. lib. 2.*
g *d. §. 1. & d. l. 1 §. huius studij.*
h *ibid.*
i *Azor inst. mor. p. 3. lib. 1. cap. 3. Mozzius de contrac. cap. 3. n. 9.*
k *hic in princ. & l. 1. §. ius naturale ff. de iustit. & iur.*
l *l. 3. & 4. C. de alend. liber.*
m *§. ius autē ciuile 1. hic vers. quod verò naturalis.*
n *Moz. vbi sup. n. 11. & 12. Azor. ibid. c. 4.*
o *l. 2. ff. de iust. & iur.*
p *§. singulorū 11 inf. de rer. diu.*
q *§. Sed ius quidē 2. ver. ius autè gentiū hic d. l. 1. §. 4 ff de iust. & iur.*
r *d §. sed ius quidē & l. 4. & 5. ff. eod.*
s *l. ius ciu. ff eod.*

Iurisque ciuilis species sunt duæ *a*.
- scriptum quo Athenienses,
- &
- non scriptum, quo Lacædemonij vtebantur;

Scriptũ est
- Lex, quæ est, quod Senatorio magistratu interrogante, vniuersus populus constituebat *b*
- Plebiscitum, quod plebeio magistratu interrogante, plebs suo suffragio constituebat *c*
- Senatusconsultum, quod Senatus iubet, atque constituit *d*
- Principum placita, quæ sunt Cõstitutiones à principe per Epistolam, Rescriptum, aut edictum factæ, & sunt
  - Generales, ad quas omnes Principis subditi tenentur, e ad exemplum trahuntur,
  - Speciales, quæ fiunt ad alicuius fauorem, indulgendo illi priuilegium, vel pœnam remittendo, quæque cum persona extinguuntur *f*, & ad exemplum non trahuntur.
- Magistratuum edicta, quæ Ius Prætorium, seu Honorarium appellantur *g*
- Responsa prudentum, quæ sunt sententiæ, & opiniones eorum, quibus permissum erat de iure respondere *h*

Non scriptum dicitur consuetudo, quæ est tacitus populi consensus plurimorum annorum obseruatione inueteratus *i*, de quo fusius alibi tractabimus.

secundo diuiditur ius in
- Immutabile, vt est ius naturale, & ius gentium primæuum,
- &
- mutabile, vt est ius ciuile, & ius gentium secundarium, & reliqua iura *k*

Tertiò ius scriptum secundum tria eius obiecta versatur in *l*
- Personis;
- Rebus
- Actionibus

Cum itaque institutiones generalem iuris cognitionem contineant, vt supra diximus, ideo artificiali diuisione in tres tractatus aptè distribuuntur.

Quorum diuisionem complectitur.
- Primus,
  - Personarum, toto libro 1. cum sint causæ efficientes, & finales Iuris *m*
- Secundus rerum, seu
  - Hæreditatis, & Obligationum,
    - in lib. 2. 3. & 4. vsque ad tit. 6. tamquam materiæ, & obiecti iuris prudentiæ
- Tertius,
  - Actionum, à tit. 6. lib. 4. vsque in finem, tamquam remediorum, per quæ iustitia finẽ suum adipiscitur, qui est vt suum cuiq; tribuatur.

Sed quia rerum causa duplex est, altera dominij, altera obligationis, idcirco alia quadam partitione, quam Inartificialem nominare possumus, in qua.

a §. *constat* 3. *hic d l. ius ciu. ff. eod.*
b §. *lex est* 4. *hic.*
c *d.* §. 4. *ibi plebiscitum l.* 2. §. 8. *ff de orig. iur.*
d §. *Senatuscõs.* 5. *hic & d. l.* 2. §. 9.
e *l. leges C. de leg.*
f *l. priuilegia l. in omnibus de reg. iur.*
g §. 7. *hic l.* 2. §. 10. *ff. de orig. iur.*
h §. *responsa* 8. *hic*
i *Cuiac. in paratitl. ff. de legib.*
k §. *sed naturalis* 11. *hic.*
l §. *omne autẽ* 12. *hic l.* 1. *ff. de stat. hom*
m *l.* 2. *ff. eod.*

quatuor libros, veluti in æqualia totius corporis membra, institutiones dissectæ sunt. Horum primo, secundum iuris principia, quæ loco proœmij rectè præponuntur, agitur de iure, & de personis. Sequente, & parte tertij, vsque ad titulum de Obligationibus, de rerum dominijs. In altera libri tertij parte, & quinque primis titulis lib. 4. de rerum obligationibus. A titulo denique sexto quarti libri, vsque ad finem de Actionibus.

DE PERSONIS.

TIT. 3 de iure person.

Personæ sunt
- Diuinæ, Patris, Filij, & Spiritus sancti, quæ vnam habent naturam diuinam indiuiduam, & vnus tantùm Deus sunt, *a*
- Angelicæ, quæ tot sunt, quot Deus creauit Angelos specie diuersos; sed de his Theologorum est tractare.
- Humanæ, quæ tot sunt, quot homines, & harum aliæ sunt *b*.
  - Seruiles aliæ
  - liberæ,

Seruiles sunt, quæ in seruitute, hoc est, in alicuius dominio constitutæ sunt contra naturam, *c* sed ius istud seruitutis non est in vsu apud Christianos, *d*. Ita vt hodie duplex tantum possit assignari seruitus, personalis impropria,

nempe
- Naturalis, qua hebetiores, & rudiores sua natura aptiores sunt, vt in ipsorum bonum gubernentur à sapientioribus, præstando illis honorem, obseruantiam, aut obsequia, quàm ad imperandum, & gubernandum. *e*
- Conductitia, qua ~~personarum dominium antiquum~~ non comparatur, ~~sed solum~~ pedissequi, vel alij famuli ad aliquas operas, & obsequia præstanda conducuntur. *f*

Liberæ sunt, quæ in alterius dominio non sunt, quæque facere possunt, quod cuique facere libet, nisi obstet ius gentium, aut ciuile, aut cuiuspiam fortioris potentia. *g*

TITT. 4. 5. 6. & 7. nō sunt in vsu.

Harum aliæ *h*
- Ingenuæ nascebantur, *i*
- Aliæ
- Libertinæ fiebant manumissione, *k* quæ olim impediebatur per leges Æliam Sentiam, & Fusiam Caniniam, sed hodie omnes liberi homines sunt ingenui, saluo iure patronatus, *l* licet ingenuitati nobilitas, & libertinitati plebitas comparari possit.

TIT. 8 de his, qui sui, vel al. iur. sūt

Rursus personæ aut sunt, *m*
- Sui iuris, seu patres familias,
- Aut
- Alieni iuris, seu in potestate
  - Dominorum, vt olim erant serui, *n* qui non sibi, sed dominis acquirebant, *o*
  - Vel
  - Parentum, vt sunt liberi, *A* hoc est non solum filij, sed etiam nepotes.

a D. Athanasius in Symbolo.
b l. 3. §. 3. ff. de statu hom.
c §. 1. hic l. 4. §. 1 ff. eod.
d Cōst. Leon. 59.
e Arist. 1. polit. c. 3. & 4.
f vt inf. dicetur de locat. & conduct.
g d. §. 1 hic. & d. l. 4 ff. de statu hom.
h §. vlt. hic l. 5. in princ. ff. de statu hom.
i l. 9. C. de ingen. manumiss.
k l. manumissiones 4. ff. de iust. & iur.
l Nouell. 78. c. 1. & 2.
m in princ. hic, et l. 1. & 2. ff. eod.
n §. in potestate 1. hic.
o l. quid seruus 24. ff. de acq. poss.
A in princ. hic l. 3. ff. de his, qui sui, vel ad iur. sunt.

Cu-

TIT. 9. de patr. potest.

Cuius patriæ potestatis effectus sunt, vt

Pater

- Sit quodammodo dominus, & legitimus administrator bonorum filij sui minoris, etiam eo inuito, *b* & licet vsumfructum in filij bonis non habeat, *c*
- Non possit de crimine accusari, nec carcerari ad instantiam filij, *d*
- Possit remittere iniuriam leuem factam filio, etiam eo inuito, *e* non tamen grauem; *f*
- Possit filiam nuptam in potestate constitutam, & in domo propria adulterantem incontinenti occidere, *g*
- Teneatur filios educare, *h* & inobedientes castigare, *i*
- In aduentitijs filij habeat solum vsumfructum, in profectitijs verò plenum dominium; k
- Possit testamentum filio pupillo per pupillarem substitutionem facere; *l*
- Teneatur filios instituere, vel ex legitima causa exhæredare: *m*
- Possit filium causa victus vendere, *n*

Filiusfamilias

- Non sibi, sed patri acquirat, *o* sic quod non possit esse lis inter patrem, & filium, *p* exceptis super Castrensibus, & quasi castrensibus, quæ sibi filius acquirit; *q*
- Non possit patrem in ius vocare sine venia, *r* nec contra alium ratione aduentitiorum in iudicio stare sine patris consensu, *f*
- A pœna criminis leuis excusetur, si illud de mandato patris patrauerit; vel saltem pœna delicti minuatur, si delictum sit atrox. *t*
- Possit impunè occidere agressorem patris, & econtra; *u*
- Teneatur patrem ab hostibus redimere, & econtra; *x*

Talisque potestas,

- Acquiritur, vel Amittitur;
  - Iusto matrimonio, seu nuptijs;
  - Legitimatione, vel
  - Adoptione;

b Ascan. Clementin. de patr. pot. effect. 12. n. 1.
c Milanen. dec. Sicl. 3. n. 97. p. 2
d de Franch. decis. 162. per tot. Ricci. dec. Neap. 163. n. 1.
e Surd. decis. 89 n. 12
f de Fräch. dec. 715. n. 4. per tot.
g Paschal. de patr potest. cap. 5. num. 2. par. 1.
h Surd. de alim. tit. 1. q. 1. per tot.
i Amer. de patr. potest. cap. 6. effect. 1. n. 19.
k vt inf. tit. per quas personas.
l vt inf. de pupill. subst.
m vt inf. de exhær. liberor.
n Couar. lib. 3. var. c. 14. n. 4.
o l. 2. C hoc tit. Molina de iust. tr. 3. disp. 225.
p Milanen. dec. Sicil. 3. nu. 102. lib. 2.
q l. fin. C. de inoff. test. & vt inf. dicetur tit. per quas personas.
r l. 3. C. de in ius voc. Ascan. Clé. effec. 3. n. 1.
s l. vlt. in fi. C. de bon. quæ liber. Afflict. dec. 180. n. 1.
t l. qui iussu. ff. de his qui not. infam. Pascal. vbi sup. c. 8 n. 33
u Boer. dec. 83. n. 6.
x Boer. dec. 126. n. 14.

TIT. x. de nuptijs.

Matrimonium duplex est, *A*

- **Spirituale**, quod in spiritu consistit, & est contractus, quo quis per ingressum religionis matrimonium cum Christo, seu Ecclesia contrahit, acceptis aliquando, vel datis prius muneribus, seu arris, sine tamen pœnæ appositione, *b* adeò vt ingrediens per professionem fiat alieni iuris, & testari nequeat, ne quidem ad pias causas; *c*
- **Carnale**, quod cum carnali copula contrahitur, de quo in hoc tit, & duplex est *d*
  - Legitimum, quod legitimo tantum consensu contrahunt infideles;
  - Sacramẽtale, quod ex lege Euangelica ligat fideles contrahentes; illis gratiam cõferendo; & duplex est *e*
    - Perfectũ, seu verũ, qđ fit per verba de pñti.
    - Initiatũ, seu sponsalia.

Initiatũ est futurarũ nuptiarum promissio, *f* **quæ fit**

- De præsenti, & idem est, quod perfectum matrimonium
- Vel de futuro.
  - Propriè p verba futuri tempus denotãtia & duplex est
    - Nuda, seu simplex cum nullis datis arris sponsus, & sponsa hinc inde contrahere promittunt
    - Firmata, seu roborata, cum per annuli, vel alterius arræ traditionem fides datur, purè, vel in diem, vel sub conditione possibili *g*, & substantiæ matrimonij non contraria, *h* ita vt arræ amittantur per fidei violatorem, sine tamen pœnæ appositione, *i*
  - Impropriè, inter impuberes, vel inter impuberem, & adultum per verba de præsenti.

Sed eius impedimẽta sũt

- Antecedentia, quæ [illegible] quæ impediunt fieri matrimonium, *l* excepto quod perfectum matrimonium non contrahitur à pupillo, initiatum vero secus, *m*
- Subsequẽtia, quę initiatũ validè factũ soluunt.
  - Ipso iure, vt
    - Ingressus Religionis, etiã pfessione nõ sequuta; *n*
    - Votũ simplex castitatis, vel religionẽ ĩgrediẽdi; *o*
    - Ordo sacer, *p*
    - Matrimonium de præsenti cum altera, *q*
    - Lapsus temporis præfixi in sponsalibus, *r*
    - Cognatio legalis, *s* Hæresis alterius, *t*
  - facto hoĩs corã iudice ecclesiast. vt
    - Notabilis cõtrahentium disparitas, puta si quis meretrici promittat spõsalia, p corporis vsu, *u*
    - Patris contradictio, *x*
    - Dissensus contrahentium, modo sint puberes, *y*
    - Absentia vnius sine alterius licentia, *z*
    - Fornicatio carnalis alterius subsequens, &
    - Fœditas notabilis, vel morbus contagiosus, aut alius incurabilis alteri superueniens, *a*
    - Asperitas morum, vel sæuitia etiam nouiter cognita, aut quædam inimicitia superueniens, *b*
    - Fama impedimenti publica, *c*
    - Paupertas alteri superueniens, *d*
    - Vel alia circunstantia, quæ cognita de tempore contractus, sponsalibus obstitisset, *e*

A Mozzi. de matrim. c. 10. n. 1.
b Sãch. de matr. li. 1. disp. 39. n. 4. 5. & 6.
c Molin. de iust. tr. 2. disp. 141. Argell de acqui. ren. poss. q. 3. ar. 1. n. 28. & seqq.
d Sãch. vbi sup. li. 2. disp. 10. n. 2
e S. Th. in 4. dist. 27. q. 2. art. 1.
f Io. Gutier. de spõsal. c. 1. n. 2.
g Moz. vbi sup. c. 1. n. 10. & 12.
h Can. aliquãdo 31. q. 2.
i Sãch. vbi sup. l. 1. dis. 30. per tot & disp. 35. n. 2.
l Sãch. li. 1 disp. 15. per tot.
m Sãch. li. 1. disp. 16. Gutier. c. 2. n. 1. 15. & 16
n Sanch. li. 1. disp 42. nu. 2.
o Sãc. dis. 46. n. 2
p Sãc. dis. 47. n. 4
q Sanch disp. 48 n. 1. & 3.
r Sãc disp. 53. n. 6
s Sanch. lib. 7 disp. 63. n. 20.
t Sanch ibid. disp 72. n. 3.
u Sanch. lib. 1. disp. 14 n. 1.
x Sanch. ibid. n. 4
y Sanch. d. lib. 1. disp. 52. n. 2.
z Cõc. Trid. sess. 24. de matrim. decret. reform. c. 7. Sanch. dis. 54. & Sanch disp. 55 n. 1. & 4.
a Sãc. dis. 57. n. 4
b Sanch. disp. 58 n. 1. & 3.
c Sanch. disp. 71. n. 14. & 15.
d Sãch dis 59. n. 4. e disp. 61. n. 3

Per-

Perfectum, seu verum est, in quo interuenit consensus implicitus, in copulam, a ex parte

- Contractus tantum, & non contrahentium, qui habent animum copulæ oppositum, vt fuit matrimonium inter Beatissimam, & immaculatam Virginem, & sanctum Ioseph castitatis amatorem.
- Contractus, & contrahentium simul, cum intentione consummandi, & tunc duplex est
  - Ratum, & non consummatum, quod fit per verba de præsenti, sine copula. a
  - Consummatum, quod fit per copulam, b Et est viri, & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem continens, c

Eius vero impedimenta sunt
- Antecedentia,
- aut
- subsequentia.

Antecedentia matrimonii.
- Impediunt, ne fiat, & factum non irritant, vt
  - Votum simplex, d
  - Prohibitio Ecclesiæ facta pendente tempore præstituto, e
  - Crimen vxoricidij, viricidij, f presbytericidij, coniugij cum moniali, raptus alienæ vxoris, &c.
  - Pœnitentia solemnis, vel leuatio proprij filij de fonte baptismali matrimonio insidiosa, g Incestus cum consanguineis, vel affinibus, h
- Error in persona, vel eius qualitate, quo dato non fuisset factus contractus, i
- Solemnis Religionis professio alterius coniugum, ante matrimonium emissa. k
- cognatio.
  - naturalis, seu cōsanguinitas
    - Qua ascendentes, & descendentes, vel transuersales ad quartum vsque gradum inclusiuè de iure canonici nuptias contrahere nequeunt, l licet textus hic dicat in linea recta in infinitum prohiberi,
  - Legalis contracta per
    - Arrogationem, quæ in linea recta impedit matrimonium, prout naturalis in transuersali verò in primo tantum gradu, m
    - Copulam carnalem, seu affinitatem, quæ orta ex matrimonio impedit pariter sicut naturalis, sed consurgens ex fornicatione dirimit ad secundum tantum gradum, n

In-

a Sāch. li. 2. disp. 28. n. 4. post multos.
b Mozz. de matrim. c. 10. n. 3.
c §. nuptiæ autem sup. de pat. potest. l. 1. de ritu nupt.
d Cōnico de voto in 6. Sanch. li. 7. disp. 11. n. 4.
e Concil. Trid. sess. 24. can. ij. decret. reform. cap. 10. Sanch. vbi sup. disp. 7. n. 3. & seq.
f Sanch. ibid. disp. 16. n. 1. & seq.
g Sanch. disp. 6. n. 5. 6. 8. & 10.
h Sanch. disp. 15 n. 1.
i Sanch. disp. 18 n. 12. circa med.
k Cōc. Trid. sess. 24. can. 6. Sāch. disp. 26. n. 1.
l Sāch. disp. 51. n. 22. & disp 53 n. 1.
m Sāch. disp. 63. n. 9. 15. & 34.
n Cōc. Trid. ibid. in decret. refor. cap. 5. Sanch. disp. 15. nu. 4. & disp. 67. nu. 4. 5. & 8.

Inualidant si defacto fiat, vt

Spiritualis, quæ oriens ex

- Sponſalibus validis propter publicam honeſtatem impedit in primo tantum gradu, *a*
- Matrimonio tantum rato, impedit ad quartum vſque gradum incluſiuè, *b*
- Baptiſmo, vel Confirmatione ratione paternitatis, vel compaternitatis impedit in primo tantùm gradu, *c* ſecus de cathechiſmo, *d*

Adulterium cum pacto futuri matrimonij, vel matrimonium de præſenti cum altera, priori coniuge ſuperſtite, *e*

Homicidium coniugis cum intentione alteri nubendi, *f*

Diſparitas Religionis, *g*

Coactio facta alteri contrahentium apta, cauſare metum cadentem in conſtantem virum. *h* Requiritur enim mutuus contrahentium externus conſenſus, *i*

Ordo ſacer, *k*

Primum matrimonium conſiſtẽs, quod impedit ne ſecundum contrahatur, *l*

Raptus, quo rapta quamdiu eſt in poteſtate raptoris cum eo matrimonium nequit contrahere, *m*

Affinitas, vel publica honeſtas, vt diximus, *n*

Ætas in maſculo minor 14. annorum, in fœmina 12. *o*

Clandeſtinitas, puta quando contrahitur matrimonium ſine Parocho, vel teſtibus, *p*

Simulatio, ſeu fictio vnius contrahentium, quæ inualidat matrimonium defectu conſenſus modo alteri non ſequatur grauiſſimum damnum. *q*

Defectus perpetuus iudicij, alias ſecus, *r*

Impotẽtia ꝑpetua, *ſ* quæ matrimonium dirimit, ſiue ſit

- naturalis vt
  - viri frigiditas arctitudo fœminæ hermophroditia qua, ſi neuter ſexus præualet homo ſit incapax matrimonij alias ſecus, *t*
- accidẽtialis vt
  - Impedimẽtum ex maleficio, *u* Spado, &c.

Sed impotentiæ ſigna ſi ſint euidẽtia, tunc ſtatim ſit diſſolutio, ſi tantum veriſimilia tunc medicorũ matronarũ, vel propinquorum iuramẽtũ requiritur, Si deniq; ſint incerta, tũc trienniũ experiẽtiæ deſideratur, à die vltimæ copulæ intentatæ *x*

a Cõc. Trid. in decret. reform. c. 3.
b Bulla Pij V. Sãch. diſp. 68. n. 10. & diſp. 70. n. 16.
c Cõc. Trid. in decret. reform. c. 2. Sãch diſp. 54. n. 3. 5. & 10.
d Sanch. diſp. 10. n. 12.
e Sãch. li. 7. diſ. 79. n. 1. et pꝫ ſſim
f diſp. 75. n. 2.
g diſp. 71. n. 8.
h Conc. Trid. in decr. refor. c. 9. in fin. Gutier. de matrim. c. 76. n. 8.
i Gutier c. 46. n. 1. Sanch. lib. 2. diſp. 25. 26. 27. & 30 per tot.
k Conc. Trid ſeſ. 24. can. 9.
l Sanch. lib. 7 diſp. 80. n. 1.
m Cõc. Trid decr. refor. c. 6. Sanch. diſp. 13. n. 2.
n Sãch diſ. 104. n. 9.
o Cõc. Trid. d. decr. refor. cap. 1. in princ.
p Caualcan. dec. Fiuiz. 11. n. 44. p. 3. & dec. 29. n. 18. p. 1.
q Sanch. lib. 1. diſp. 11. n. 5.
r Sanch. ibid. diſp. 8. n. 15. & 16.
ſ Sanch. li. 7. diſ. 92. n. 4. & 17. & diſp. 97. n. 2.
t Sãch. diſp. 106. n. 3. & 4.
u Sanch. diſp. 94. n. 8.
x Diſp. 107. n. 3. 4. & 9. & diſp. 110 per tot. Rota apud Farin. dec. 781. p. 2.

Subsequentia vero
- Dirimunt quoad vinculum
  - Ratum vt
    - Votum solemne castitatis iunctum cum professione in Religione approbata, *a*
    - Dispensatio Pontificis, *b*
  - Etiamq. consummatum, licet enim diuortium quoad thorum fieri possit, non tamen fit quoad vinculum, *c* nisi
    - Morte naturali, *d* vel
    - Vbi ex duobus infidelibus, vnus ad fidem catholicam conuertitur, quia Ecclesia præcipit fidelem ab infideli discedere ob periculum peruersionis, *e*
- Suspendunt consummatum præbendo ansam diuertendi quoad thorum, vt si
  - Alter fiat hæreticus, *f*
  - Alteri superueniat dementia, sæuitia, vel asperitas morum, puta si alter alterius vitæ insidietur, nisi detur sufficiens cautio futuræ incolumitatis, *g*
  - Alter alium inducat ad peccatum mortale, *h*
  - Alteri veniat morbus contagiosus, vel alius intollerabilis vt lepra,
  - Alter adulterium committat, *i* nisi alter coniux sit eiusdem criminis particeps, *k*

Sic alter coniugum de facto, vel de iure separatim cohabitante, alius pro matrimonio agere potest iudicio, *l*
- Possessorio, quo v. gr. mulieri allegante se à marito iniuste dimissam restituitur mariti sui possessio, cuius postea exceptio si quam habet examinari debet;
- Petitorio, quo vnus ex coniugibus allegans se cum altero contraxisse petit sibi ipsum coniugem adiudicari.

Qui verò iniustè, & aliquo dirimente impedimento interueniente simul coeunt, non possunt dici coniuges, nec matrimonium contraxisse, filijque inde nati non sunt in patria potestate, *m* nisi sponte inesse velint, *n*

Itaque spurij consentientes in patriam potestatem transeunt, *o* per legitimationem quæ fit per
- Rescriptum Principis, *p* est enim Principis naturales, imò incestuosos legitimare, *q* itaut legitimatus habeatur tanquam legitimè natus, *r* excepto quod non succedit in feudo. *s*
- Oblationem Curiæ, submittendo filium illegitimum seruitio Principis, vel Ciuitatis, vt legitimus efficiatur, *t*
- Subsequens matrimonium, conscribendo cum concubina sua matrimonium, etiam in extremis vitæ, *u* itaut quoad omnia dicantur eo ipso legitimi. *x*

a Conc. Trid. sess. 24. can. 9 Gutter. de matrim. c. 54. n. 1.
b Sanch. disp. 102. n. 3
c Sanch. lib. 10. disp. 1. n. 9.
d Sanch. lib. 2 disp. 13. n. 2. & 11
e Sanch. lib. 7. disp. 73. n. 6.
f lib. 10. disp. 15. n. 19.
g c. 1. ext. de diuort. Sãch. ibid. disp. 18. nu. 3. 6. 16. & 40.
h Sãch. ibid disp. 17. n. 5. & seqq.
i Sanch. ibid. disp. 2. n. 2. & disp. 3 n. 2.
k Sãch. ibid. disp. 5. cũ seq per tot.
l Mozz. de matrim. c. 16 n. 1. 2
m §. si aduersus hic.
n l. fin. ff de his, qui sui, vel al. iur sunt.
o Molin. de iust. tr. 2. disp. 222. n. 4. & disp. 171. & seq.
p l. 1. C. de nat. lib. Auth præterea. C. eod. nouell 89. c. 9.
q l. qui in prouincia, § 1. ff de ritu nupt
r Marta de iur. leg. p. 1. q. 18. artic. 1. n. 2.
s e. naturales tit. si inter Domin. & vassallos in vsib. feud.
t § vlt. hic. l. 3. C. de nat. lib. nouell. 89. c. 2.
u §. vlt hic.
x Sãch. de matrim. l. 7 disp 104. n. 5

TIT. 11. de adoption.

Adoptio est actus naturam imitans, quo aliquis (dummodo non sit Castratus, *a* nec fœmina, *b* nec tutor, vel curator, *c* nec minor, *d* hoc est non antecedens adoptandum 18. annis) eum sibi filium eligit, qui tamen verus filius non est;

& duplex est. *e*

- Adoptio specialis, quando filius fam. *f* coram quouis magistratu, mixtum imperium habente, *g*
  - adoptatur ab
    - Extraneo immutata patria potestate;
    - Vel
    - Consanguineo ascendente mutata potestate; *h*
- Arrogatio, qua rescripto, vel auctoritate Principis, pro filio is eligitur, qui sui iuris est, *i* debetque fieri causa cognita, *k* & cum cautione de restituendis bonis illis, qui habent ius arrogato succedendi, *l*
  - Et huius sunt effectus, vt
    - Emancipari, nec exhæredari possit arrogatus sine iusta causa, nisi arrogans ei bona ipsius restituat, simulq. quartam partem suorum bonorum relinquat, *m*
    - Non solum arrogatus, sed etiam liberi ipsius potestati arrogatoris subijciantur, *n*
    - Adoptans debeat adoptatum alere, & educare, *o*

TIT. 12. quibus mod. ius patr. pot. sol.

Amittitur vero patria potestas; *p*

- Morte naturali *q* parentis,
- Morte ciuili, quando pater, aut filius in insulam, siue exilium temporaneum relegantur, vel in perpetuum deportantur. *r*
- Pœna seruili, quæ erat olim damnatio ad metalla, & bestijs expositio, sed hodie est pœna triremium, *s* vel vltimo supplicio damnatorum, *t*
- Summa patritiatus dignitate, cui hodie respondet dignitas Episcoporum, vel Parium Franciæ, omnisque nunc dignitas eximens à cura, *u* eximit etiam à patria potestate, *x*
- Captiuitate ex iusto bello contingente, quæ suspendit patriam potestatem, *y* nam postliminium, & lex Cornelia fingunt captum si reuertatur in Vrbe semper fuisse, *z* si vero moriatur apud hostes decessisse præambula hora captiuitatis, *a*

a §. *Sed & illud* 9. *hic.* b §. *fœmina* 10. *hic.* c l. *nec ei in princip. ff. eod.* d §. *minorem* 4. *hic.* e *Sanch. de matrim impedi. disp.* 63. *num.* 2. *et seqq. Molina de iust tract.* 2 *disp.* 171. *& seqq.* f l. 1 *ff. hoc tit.* g §. 1 *vers. imperio hic* h § *si vero hic. Argel. de acqu. poss q* 3 *n.* 7 4. 717 *&* 719. i d. §. 1. *hic. Molina de iust. tr* 2 *disp.* 222. *n.* 4. 5. *&* 6. k §. *cũ autẽ hic. l. non aliter. ff. eod.* l l. *nec ei* 17. *ff. eod* m § *itẽ hic. l. impuberem, C. eod.* n §. *penult. hic. l.* 2. *& l. si pater. ff. eod.* o *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 2. *per tot.* p *Molina de iust. tract.* 2. *disp.* 229 *per tot.* q *in princ. hic.* r §. *cum autem cum seq. hic.* s *Iul. Clar. lib.* 5. *sent.* §. *fin. q.* 67. *num.* 4. *&* 7. *Capic. decis.* 153. *nu.* 3. *de Franch. decis.* 140. *num.* 8. *Castillo decis.* 37. *num.* 8. *& seq.* t §. *quod autem, &* §. *si vero Authen. de nupt.* u *De qua Nouell.* 38. *&* 70. *& in l. vlt. C. de decur.* x *Nouell.* 81. *cap.* 1. *& nouell.* 128. *cap.* 4. *in fine.* y §. 5. *hic. l. in bello, de capt. & postlim. reuers.* z l. *captum, C. de postlim. reuers.* a d. §. 5. *hic.*

Eman-

Emancipatione, quæ duplex est *a*
- Expressa, quæ est patriæ potestatis relaxatio, vtriusque, & patris, & filij interueniente consensu, coram competente Iudice facta, *b*
  - Cogiturque ad id pater Si
    - Contra pietatem filium tractet, *c*
    - Filio peccandi necessitatem imponat, *d*
    - Acceptauerit legatum ea conditione relictum, *e*
    - Sed è contra reuocatur filius in potestatem, si patri sit ingratus, *f*
- Tacita, quando filius, sciente patre, res suas tamquam paterfam. tractat, *g*

Ingressu Religionis de quo supra,
Adoptione, quando filius v. gr. adoptatur ab auo paterno, vel materno, *h* vt supra diximus.
Hæresi patris, *i*
Quoad naturam corporis propagandam, puta in contrahendo matrimonio, nam tunc filius fam. est sui iuris, *k*

TIT. 13 de Tutelis.

Personæ sui iuris, aut sunt in
- Tutela,
- Cura, vel
- Neutro iure tenentur, *l* vt sunt emancipatæ, aut maiores 25. annis.

Tutela est vis, seu ius, ac potestas in capite libero, ad tuendum pupillum, qui per ætatem se defendere nequit, iure ciuili data, & permissa, *m*

Et triplex est, *n*
- Testamentaria,
- Legitima, &
- Datiua,

Testamentaria est, quæ testamento, vel codicillo, *o* à parentibus datur liberis,
- In patria potestate existentibus, *p*
  - Natis, adhuc impuberibus, *q*
  - Vel
  - Nasciturис, seu posthumis eos hæredes instituendo, *r*
- Emancipatis, sed tunc tutor sine alia inquisitione, *s* à Iudice confirmatur.

TIT. 14 Qui test. tut. dare poss.

Quilibetque potest esse tutor, siue sit
- Paterfamilias,
- siue
- filius familias. *t*

idque
- Ad tempus,
- Ex tempore, vel
- Sub conditione, *u*

Exceptis *x*
- Furiosis, *y*
- minoribus, *z*
- fœminis *a* modo
- Mutis, & Surdis
- Excommunicatis

Non sint matres, aut auiæ, quæ si renunciauerint beneficijs muliebribus possunt liberorum esse tutrices, etiā ante agnatos. *b*

B 2 Le-

a *l. fin. C. de emācip. lib. §. præterea hic.*
b *l. actus legitimi 77 ff de reg. iur. l. nō nudo 3. C. de emācip. Pascal. de patr pot. p. 1. c. 1. n. 2.*
c *l. vlt. ff si à parent. quis manumiss.*
d *l. si lenones 15 C. de episc. aud. Pascal. vbi sup. p. 1. c. 2. n. 100. & 101.*
e *l. si cui legatū 92 ff de cond. & demonstr.*
f *l. necare 4. & l. alimenta 6. ff. de liber. agnosc. Molina vbi sup d disp. 229. in fi.*
g *l. 1. C. de patr. potest.*
h *§. sed etsi pater 8. hic.*
i *c. 2. §. vlt. de hæret. in 6. Sanc. in præcept. decal. lib. 2. c. 24. n. 5.*
k *S. Th. 22. q. 105 art. 5. in corp.*
l *in princ. hic.*
m *§. 1. hic. l 1. in princ. ff. eod.*
n *l. 31 C. de ep. et cler. Mōtan. de iur tut. c. 7. n. 1*
o *Montan. n. 2.*
p *§. permissū hic l 1. de testam. tutel.*
q *§. 1. inf de curator.*
r *l. quo tutela 73 §. nemo de reg. iur. d. § permissum hic.*
s *§. vlt. hic. l. 6. C. de cōfir. tutor. l. de creationib. C de Episc. aud. Montan. d. c. 7 n. 18.*
t *Hic in princ. l. filiusfam. 9 ff. de his qui sui, Montan. c. 9. n. 2.*
u *§. ad certū hic, Mōtan. c. 10. n. 1. & 12.*
x *Molina de iust. tract 2. disp. 221 per tot Montan. c. 23. n 7. 24. 27. & 28. Cauale. de tut. & cur. n. 290.*
y *§ furiosus 2. hic.*
z *§ 13. inf de excus tutor. l si hæreditas de testam. tutel.*
a *l fœmina. ff. de reg. iur.*
b *Auth. matris & auiæ, C. quand. mat. tut. off. fung. poss. Cauale. de tut. & cur. n. 24.*

Legitima tutela est, quæ datur deficiente testamentaria, *a* & quadruplex est, *b*

Agnatorum ad quam vocantur proximiores, siue sint agnati, siue cognati, *c* hoc est, siue sint per personam masculini, siue fœminini sexus coniuncti, *d* dummodo sint masculi 25. annorum, *e* & non fuerint capite minuti, hoc est à priori statu mutati, *f* — *TIT. 15. de leg. agn. tut.*

Nam agnatio tollitur diminutione, *g* { maxima, media, minima. } seu amissione { Libertatis, *h* Ciuitatis, *i* Familiæ, k & non dignitatis, *l* } — *TIT. 16. de capit. dimin.*

Cognatio vero { Sola maxima, & media diminutione tollitur quoad officia, *m*

Patronorum, qui libertorũ suorum impuberum tutores fiebant; — *TIT. 17. de leg. patr tut.*

Parentum, qui mortuo auo liberorum impuberum à se emancipatorum fiebant tutores exemplo patronorum. — *TIT. 18. de leg. parẽ. tut.*

Fiduciaria, qua frater fratris emancipati tutelam suscipiebat, sed hoc nunc est in desuetudine, quia fratres sunt legitimi, & non fiduciarij tutores, *n* — *TIT. 19 de fiduc. tutel.*

Datiua est qua pupillis à Iudice datur tutor, deficiente testamentario, vel legitimo, *o* facta prius inquisitione de tutoris moribus, & facultatibus, præstitaque à tutore cautione de rectè administrando, *p* — *TIT. 20. de attil. tutor.*

Cuius tutoris officium est partim pupilli negotia gerere, gestorum, & non gestorum post pubertatem coram Iudice rationem reddere, *q* Restituendo, librum rationum, seu tutelæ administrationis, *r* dolumq. latam culpam & leuem præstare, *s*

Partim ei, quod pupillus deteriorando conditionem gerit, auctoritatem in tẽpore, verbis, animo, & corpore adhibere, *t* secus vbi fit melior cõditio. *u* — *TIT. 21 de auth. tutor.*

Donec tutela finiatur, videlicet { — *TIT. 22 quib. mo. tut. fin.*

Pubertate, *x* pupillorum annis 14. & pupillarum annis 12. *y* exceptis spadonibus, qui solum pubescunt anno 18. *z*

Arrogatione, *a* facta de tutoris consensu, *b*
Deportatione facta propter facinus, *c*
Captiuitate pupilli, *d*
Euentu conditionis appositæ, *e* vel temporis præfiniti decursu, *f*

Morte naturali, *g*

Maxima, & media capitis diminutione tutoris non legitimi, *h* cuius sicut & pupilli, capitis diminutio, etiam minima, tutelam tollit,

Remotione tutoris facta à iudice ob crimen suspecti, *i*

Excusatione iusta, de qua mox.

Et

a l. legitimos 5. *ff. de legit. tut.* b Montan. vbi sup. c. 16. n. 1. c §. & his autẽ, in auth. de hær. ab intest. venien tib. col. 9. d § 1. de agnat. tut. hic. l. 7. ff. eo dem. e Auth sicut hæreditas C. de legit tutor. f in princ. de capit. dimin. hic, & l. 1 ff. eod. g l. 4. §. cognationis 2. ff. de grad. cognat. h §. 1. de cap. dimin. hic. i §. minor 2. de cap. dim. hic. k §. minima 3. ibid. l §. quibus autẽ, 5. ibid. m §. quod autẽ 6. ibid. n l. frater. C. de legit. tutor. o hic in princ. et §. sed ex his 3. hic p §. nos autẽ hic q §. vlt. hic. r Montan. de iur. tut. cap. 32. reg. 8. n. 10. s l. sine hærede 82. §. 2. ff. de adminis. & peric. tut. t §. tutor autẽ 2. hic l. obligari 9. §. pen. ff. de cust. tutor. I. doch. damhouder de tut. & cur. c. 7. n. 51. u in princ. hic l. 1 & 2. C. de auth. præst. x l. Seia ff de tutor. & cur. y In princ. hic Montan. de iur. tut. c. 37. n 1. & 28. Molina de iust tract. 2. disp. 225. z Mõtan. ibid n. 31. a §. ite finitur 1. hic. b Montan d. cap. 37 n. 98. & 101. Molina d. disp. 225. c Montan ibid n. 104. 119 & 128. d Montan. ibid. n. 107. e §. sed et si 2. hic. f §. præterea. 5. hic. Montan. ibid. n. 153 & 158. Molina d. disp. 225. g § similli 3. hic. Montan. ibid. n. 100. 129. & 134. h §. sed & capitis 4 hic. i §. vlt. hic. Montan. ibid. n. 136.

Et finita tutela datur actio tutelæ, *a*
- Directa pupillo contra tutorem
  - Verum, qui ipsi occasionem damni dedit;
  - Vel
  - Putatiuum, qui se pro tutore gerens ipsi damnum intulit, & tunc dicitur actio pro tutelæ, *b*
- Contraria tutori aduersus pupillum ad repetendos sumptus pro pupillo à se factos, *c*

TIT. 23 de curatorib.

Tuncque succedit cura, quæ est potestas iuris ciuilis, ad tuendas res minoris, *d* & ab eodem Iudice, *e* datur curator legitimus, vel datiuus, puberibus, seu minoribus, vsque ad 25. annum, *f* Imo & maioribus 25. annorum; puta furiosis, & prodigis, similique infirmitate laborantibus, *g* donec cœperint sanitatem recuperare. *h* Imo etiam durante tutela

Datur curator tutore
- Non idoneo, *i*
- Ad tempus se à tutela excusante, *k*
- ægrotante, vel
- iusta causa impedito, *l*

Sed nullus curator datur inuitis, *m* finitur vero cura expletis 25. annis, *n*

Demum tutoribus, & curatoribus tria sunt communia,
- Satisdatio,
- Excusatio, &
- Ob suspicionem remotio.

TIT. 24. de satisd. tut. vel cur.

Satisdatio, seu satisfactio est obligatio idonea datis fideiussoribus, vel pignoribus præstita, *o*, in
- Contractibus voluntarie, & conuentionaliter, vt infra dicemus tit. de fideiuss.
- Litibus, & iudicijs necessariò, & ex præcepto legis, vel magistratus, vt sunt satisdationis species, de quibus infra dicetur tit. de satisdationibus, Vel
- Extraiudicialibus, exigente Iudice, vt est satisdatio tutorum, vel curatorum, de qua hic agitur.

Debent autem tutores, & curatores, *p*
- I. administrationem suscipere ex
  - Testatoris dispositione, puta si sint dati tutores in testamento, vel codicillis, vt supra dictum est.
  - Iudicis
    - Confirmatione, si sint
      - Tutores
        - legitimi, *q* vel
        - Extranei dati in codicillo, vel testamento minus solemni *r*
      - Curatores testam. dati, *s*
    - decreto, vt si sint
      - Tutores datiui, vel
      - Curatores, quibus à solo Iudice administratio decernitur, *t*



In

a *Montan. de tut. & cur. c. 39. num. 225. & passim*
b *Iodoco dambouder. c. 10. nu. 5. & seqq.*
c *Iodoc. ibid. n. 33. Montan. vbi sup. cap. 40. n. 1.*
d *l. cū plures 12. §. cum tutor. ff. de admin. tutor.*
e *§. 1. hic.*
f *In princ. hic. Osasch. dec. 89. n. 2. Afflic. dec. 262. n. 4*
g *§ furiosi quoq; 3. hic Mōtan. de tut. tut. c. 28. n. 3. 5. 26*
h *l. 1. §. & tamdiu ff. de curat. furios. Montan. c. 37. reg. 2. n. 12. & 14.*
i *§ pen. hic.*
k *d. §. pen.*
l *5. §. vlt. hic.*
m *l. 3. § si pupillus ff. de tutel. Osasc. d. decis. 89 n. 1. Afflict. d. decis. 262. nu. 5.*
n *Mōtan. d. c. 37. nu. 1.*
o *Osasc. decis. 70. n. 1. Henrigius de fideiuss. c. 4. n 8.*
p *Marant. de ordin. iudic. p. 4. dist. 16 n. 52.*
q *Montan. de tut. tut. c. 14. n. 6.*
r *Montan. vbi sup cap. 8. n. 8.*
s *d. § 1. hic.*
t *vt sup. dictum est.*



II. Inuentarium expensis tutelæ, vel curæ conficere modo quo dicetur infra tit. de hæred. qualit. & secundum illud rationem reddere, *a* nullis conuocatis creditoribus, *b* alioquin in furti rerum pupillarium suspicionem incidunt, *c*

III. Satisdare rem pupilli, vel adulti saluam fore, *d* quod intellige de tutoribus legitimis, *e* non tamen de testamentarijs, *f* nec codicillarijs, *g* nec de datiuis, *h* nisi pluribus contutoribus datis tractetur, quod vnus solus administret, *i* vel nisi sint malæ famæ, & testatori incogniti, k

Itaq; pro administratione conueniũtur, *l*

I. Tutores actione tutelæ, de qua supra, Vel curatores actione negotiorum gestorum, Imò eorũ hæredes, *m* Sed inter se tutores, & curatores gaudẽt beneficio, *n*

- Ordinis, seu excussionis, quo prius excutitur, qui gessit, *o*
- Cedendarum actionum, quo tutori soluenti pro contutore, qui gessit, & non est soluendo ceduntur à pupillo actiones pro solutto repetendo, *p*
- Vtilis actionis, seu negotiorum gestorum, quod datur à lege ad eosdem fines neglecto beneficio cessionis actionum, *q*
- Diuisionis, quo Conuentus petit actionem diuidi in omnes contutores, qui sunt soluendo pro rata cuiuslibet, *r*

II. Fideiussores ex stipulatione nam in solidum obligantur, nec habent beneficium diuisionis, *s* sed solum restitutiones, & repetitiones tutoribus concessas, *t*

III. Magistratus actione subsidiaria si videlicet dolo, vel culpa idoneos tutores, vel satisdationem idoneam non elegerint, *u*

TIT. 25. de excus. tut. vel cur.

Excusatio est priuilegij, vel legitimæ causæ allegatio, propter quam aliquis se ab onere tutelæ, vel curæ immunem facit coram Iudice, *x* infra quinquagesimum diem à scientia datæ tutelæ, vel curæ, *y*

- Numerus trium liberorum naturalium, & legitimorum Romæ, in Italia quatuor, in alijs prouincijs quinque, *z* superstitum, licet in patria potestate non sint, *a* aut pro patria mortuorum, *b* vel etiam nepotum ex filio mortuo, qui pro patre auum excusant, *c*
- Administratio rerum Fisci, *d* seu officium Thesaurarij Principis, aut Reip. ærarij exactoris.

Sunt

a *Caualc. de tut. et cur. n. 62. Afflic. de cis. 285. n. 22.* b *Iodocb. damboud. de tut. & cur. c. 5. n. 1.* c *Iodocb. vbi sup. c. 3. n. 15. et 30. Caualc. vbi sup. n. 59* d *Caualc. vbi sup. n. 23. Montan. vbi sup. cap. 32. reg. 7 n. 1. & 2. Gutier. de tutel. p. 1. c. 12. n. 10.* e *§. item 7. hic. Galganet. de tutel. lib. 3. q. 30.* f *§. 1. hic. Gutier. vbi sup. p. 1. c. 5. n. 1.* g *Iodocb. vbi sup. c. 6. n. 15. & 18.* h *d. §. 1. hic Iodoc. ibid. n. 19.* i *d. §. 1. & §. 8. hic Caualc. vbi sup. n. 14. Cãcer. va. res. p. 1. c. 7. de tut. nu. 41.* k *Molina de iust. tr. 2. disp. 223 n. 2* l *Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 26. n. 4. Gutier. de tut p. 2. c. 16. n. 9 & 10.* m *Montan. de iur. tut. c. 39. nu. 81. Galgan. ibid. n. 3.* n *Montan. ibid. n. 131. 149. & 179.* o *l. 1. & 2. C. si tut. vel cur. non gess. Galganet. d. tit. 26 n. 23. Rot. in Recẽt. dec. 772. n. 10. p. 2* p *l. 2. C. de diuid. tutel Gutier. de tutor. p. 1. c. 15. n. 28* q *l. 1. §. nunc tractemus ff. de tut. et rat. distrah.* r *ibid.* s *Montan. vbi sup. c. 32 reg. 7. n 17. Henrigius de fideiuss c. 27 n 50.* t *Montan. vbi sup. c. 40. n. 33.* u *§. sciendũ 2 hic Iodocb. Damboud. de tut. & cur. c. 6. n. 22. & 23. Montan. vbi sup. c. 32. reg. 7. n. 33. & seq.* x *Vultei in princ. hic n 4* y *§. qui autem excusare hi. & l. tutores C. hoc tit. Montan. de tut. & cur. c. 35. n. 233. Mol. de iust. tr. 2. disp. 222. n. 11.* z *l. 2. §. numerus & ibi gl ff. hoc tit.* a *in princ. hic* b *ibid.* c *l. 2. §. 1. & ibi gl. ff. hoc tit. Mõt. ib. n. 46. 55 56. 62 Mol. ib. n. 2.* d *§. 1. hic & l. 41 ff. hoc tit. Mõt. ib. n. 84. Mol. ib. n. 2*

Sunt autem huiusmodi xvij. causæ, nempe

- Absentia Reipub. causa, qua suscepta tutela suspenditur, dato interim curatore, suscipienda vero abnegatur, etiam vno anno post reditum, *a*
- Dignitas magistratus, quæ à suscipienda excusat, *b*
- Lis cum pupillo de omni, vel maiori parte bonorum, *c*
- Tres tutelæ, vel curæ modò non affectatæ, *d*
- Paupertas grauis, *e*
- Infirmitas perpetua, in perpetuum: temporanea, ad tempus excusat, dato interim curatore, *f*
- Imperitia litterarum iuncta simplicitati, & rusticitati, *g*
- Inimicitiæ capitales inter pupilli patrem, & tutorem, vel curatorem dandum, *h* nisi interuenerit reconciliatio,
- Ætas maior 70. & minor 25. annorum, *i*
- Militia, *k*
- Professio facultatum, & disciplinarum, *l*
- Bona in diuersis locis sita, *m*
- Monachatus, & Clericatus, *n*
- Qui tutor fuit, non fit inuitus curator, *o*
- Maritus ab vxoris cura excusatur. *p*

TIT. 26. de susp. tut. vel cur.

Remotionem ob suspicionē.

- Decernit Iudex, qui tutorem dedit, *q* contra tutores, vel curatores, siue testamentarios, siue legitimos, vel datiuos. *r*
- Si
  - Dolo malo, fallacia, & negligētia, & nō lata leui, vel leuissima culpā, tutelā, vel curā gerunt, quia tūc fiūt infames, *s*
  - Extantibus facultatibus pupillo alimenta denegent, vel dari non curent, *t*
  - Deprauati sint, *u* tamen in Gallia non possunt remoueri ob paupertatem, *x*
  - Non fecerint inuentarium, *y*
  - Et tunc interdicitur administratio, donec fuerit cognitum de suspicione. *z*
- Postulare omnibus licet, exceptis impuberibus, itaut mulieres, pupillis, vel minoribus sanguine coniunctæ, *a* Imo & puberes, cum consilio consanguineorum, possint tutores, & curatores de suspecto accusare. *b*

D I.

a §. item qui Reip. 2. hic. Mōtan. ibid. n. 96. Mol. ibid n. 3
b § & qui 3. & l. potestatis de verb. sign. Montan. ibid. n. 106.
c §. itē propter 4. hic.
d §. item tria 5. hic Mōtan. ib. n. 119. et 132. Mol. ib. n. 3
e §. Sed & propter 6. hic Mōt. ibid. n. 140. Mol. ibid. n. 4.
f §. item 7. hic Molina ibid. n. 5. Montan. n. 145.
g §. similiter eos 8. hic Mont. nu. 160. Molina n. 6.
h §. inimicitiæ 11. cū seq hic. Mōt. n. 162. Molina n. 7.
i §. itē maior. 13. hic. Mont. n. 194. & 180. Mol. n. 8.
k §. idē & in 14. hic. Mont. n. 184.
l §. item Romæ 15. hic Montan. ibid. n. 203. Molina n. 9.
m l. 2. C. hoc tit. Montan. n. 219.
n Cauale. de tut. et cur. n. 288. Mont. n. 193. & seq.
o §. qui tutelā 19. hic Molina n. 10.
p §. itē rescripserūt 20. hic Mont. n. 40
q §. datū 1. hic Mōtan. de tut. et cur. c. 36. reg. 5. n. 2.
r §. ostēdimus 2. hic Mol. de iust. et iur. tr. 2. disp. 225. Mōtan. ib. reg. 6. nu. 1.
s §. Suspectus autē 5. hic. Mōtan. ibid. reg. 1. n. 21. et seq.
t §. si quis tutor 9. cū seq. hic Mōtan. d. reg. 1. n. 30
u §. vlt. hic
x l. si defunctus eo C. de arbit. tut. Mont. reg. 2. n. 1. Iodoch. damboud. de tut. et cur. c. 6. n. 53.
y Boer. dec. 33. n. 100. Afflic. dec. 207. n. 4 Cauale. de tut. et cur. n. 19.
z §. si quis autē hic.
a §. cōsequēs 3. hic
b §. impuberes 4. hic Montan. ibid. reg. 7. n. 11.

DIVISIO TABVLARIS LIBRI II.

De Rebus

TIT. I. de rer. diuis.

- Res aut sunt *a*
  - Extra patrimonium, quæ aut sunt iuris
    - Diuini,
    - aut
    - Humani.
  - In patrimonio nostro, quarum plenam proprietatem, & dominium habemus
- Diuini iuris sunt
  - Publicæ sunt *b*
    - Sacræ, quæ publicè Deo consecratæ sunt, ita vt obligari, nec alienari possint, *c* nisi propter æs alienum, euidentem vtilitatem, aut æquitatem, *d*
    - Sanctæ, quæ non sunt consecratæ, *e* sed tantum ab iniuria hominum capitis pœna munitæ, *f* vt sunt Legum sanctiones, Muri, &c.
  - Priuatæ sunt res religiosæ, seu Monumenta, quæ priuato alicuius facto Religioni, hoc est, sepulturæ consecrantur, *g*
- Humani iuris sunt
  - Publicæ, quæ sunt
    - Communes iure naturali primario, quarum vsus communis est tam hominibus, quàm Brutis, vt Aer, littus maris, Aqua profluens, *h* donec fuerint à priuatis occupatæ, *i*
    - Publicæ in specie, quæ sunt publicæ
      - Iure naturali secundariò, quarum vsus omnibus permittitur, proprietas verò ad aliquem populum instar priuatæ personæ spectat, *k* ita vt a singulis acquiri nequeant, *l* vt sunt flumina, portus, ius piscandi, *m* aut nauigandi, vsus riparum, &c.
      - Iure ciuili, quæ non ad omnes incolas alicuius Regionis, sed ad Ciuitatem, Vniuersitatem seu Collegium aliquod pertinent, *n* vt Pascua, Syluæ, &c.
  - Priuatæ, quæ ad singulos pertinent, *o* & earum dominium est *p*
    - Verum,
    - vel
    - fictum.

- *a* in princ. hic et gl. penult. in l. rei appellatio 5 ff. de verb. signif.
- *b* l. in tantum 6. §. 3 ff hoc tit. Azor. instit. moral. li. 1 p. 3. cap. 35.
- *c* §. Sacræ res 8. hic
- *d* Auth. hoc ius porrectum, C de sacrosanct. Eccl.
- *e* gl. quodammodo in l. 1. §. 1. ff. hoc tit.
- *f* §. sanctæ quoque. 10. hic.
- *g* §. Religiosum 9. hic l. si plures. ff. hoc tit.
- *h* §. 1. hic & l. 2. §. 1. ff hoc tit.
- *i* l. riparum 5. in fin. cũ seq. ff hoc tit Sebast. Medices tract. de venat. piscatione & aucupio p. 2. q. 21. n. 6. cum seq.
- *k* §. flumina autẽ 2. hic
- *l* d. l. riparum 5. in fin.
- *m* Cæpol. tr. rust. præd c. 42.
- *n* §. vniuersitatis 6. hic.
- *o* l. 1 § hæ autem 1 ff hoc tit.
- *p* l. quod si nulla ff. de legat 1. Bar. in l. cui fundus colum. fin. ff. de cond. & demonstr.

Ve-

- Verum dominiũ duplex est, *a*
  - Vniuersale, quod est potestas quam habet Princeps gubernandi suos subditos, & duplex est
    - Ecclesiasticum, quo diuinus cultus dirigitur, vt est potestas
      - Papalis, quæ ad temporalia etiam extenditur, cum Papa sit omnia, & supra omnia, *b* vt alibi demonstrabimus
      - Patriarchalis,
      - Archiepiscopalis,
      - Episcopalis, vel
      - alia interior.
    - Sæculare, quod respicit res sæcularium, vt est potestas
      - Imperatoris,
      - Regis,
      - Ducis,
      - Comitis,
      - Marchionis,
      - Baronis,
      - Vel aliorum inferiorum vassallorum.
  - Particulare, quod duplex est, *c*
    - Plenum, seu perfectum, cum quis vsum, & proprietatem habet;
    - Non plenum, seu imperfectum, cum vnus proprietatem rei habet, alter vero vsum, & est duplex, *d*
      - Directum, quod consistit in proprietate, & possessione ciuili, sine fructu, & istud habet Dominus feudi, seu emphyteosis super feudo, vel filius familias super peculio aduentitio,
      - Vtile, quod consistit in proprietate, & possessione naturali rei, & hoc habet vsufructuarius, vel vassallus, seu emphyteota, qui dicitur Dominus Vtilis, hoc est, censum soluens directo, *e* & istud

- duplex est *f*
  - Altum, seu supremum, quod habet primus infeudatus;
  - Inferius, seu minus, quod est directo *g*
    - Subordinatum, seu subalternum, vt est dominiũ sub feudatarij, emphyteutæ vel liuellarij,
    - Non subordinatũ, seu directum extinguens, quod longi temporis præscriptione acquiritur,

- Rerumque priuatarum acquisitio est iuris, *h*
  - Gentium, quæ fit per *i*
    - Occupationem rerum, quæ sunt priuati nullius, & quæ fieri alicuius possunt,
    - Vel
    - Accessionem.
  - Vel
  - Ciuilis

a Surd. decis. 288. per tot. Less. lib. 2. de iust. & iur. c. 3. dub. 1.

b Afflict. decis. 265 n. 14. de Amat. decis. March. 4. num. 13.

c Less de iust. d. li. 2. cap. 3 dub. 2.

d l. si quis vi. 17. §. 1. & ibi addit. marg. ff. de acquir. poss Surd d. decis. 288. n. 13.

e l. possessoris 12. in C. de si. fund. patrim. Surd. d. decis. n. 14. & passim.

f Surd. decis. 210. num. 42.

g Bart in l. si adeo § libertas in fi. ff. de seruit. vrb. præd. Ruin. cons. fin. lib. 1.

h §. singulorũ 11. hic.

i Less de iustit. lib. 2. cap. 5. dub. 1.

a Azor institut. moral. par. 3. lib. 1. c. 13.
b §. feræ igitur 12. hic.
c §. apum quoq; 14. hic & l. naturalem 5. §. apum 2. ff. hoc tit.
d Sebast. Medices de venat. piscat. & aucup. p. 2. q. 21. n. 6. & seqq.
e d. §. feræ igitur ibi, nec interest.
f ibid. verb. plane, qui alienum Fræc. marc. decis. 303. li. 1. Gratian. discep. 139. n. 12. & seq.
g text. ib. vers. quid quid l. 1. §. in bellis ff. si quadr. pauper. fec. dic. Less. d. lib. 2. cap. 5. dub. 10.
h §. illud quæsitum, vers. sed posteriorem.
i §. Gallinarum 16. hic.
k §. pauonum 15. hic Less. vbi sup. dub. 6.
l §. item ea quæ 17. hic.
m l. si captiuus 20. §. 1. ff. de capt. & postlim reuers. Molina de iust. tract. 2. disp. 117. vers. sit nihilominus.
n §. item lapilli 18. hic l. 1. §. 1. ff. de acq. poss. Less. de iust. lib. 2. c. 5. dub. 11.
o §. item ea quæ 19. hic Azor. inst. mor. p. 3. lib. 1. c. 14. in princ.

Occupationis species sunt *a*:
- Venatio, ferarum syluestrium, & terrestrium, *b* inter quas enumerantur apes, *c* Aucupium, Piscatio. *d*
  - Quæ animalia fiunt primi occupantis, etiam in fundo alieno, *e* non facta prohibitione à Domino fundi, *f* sed si denuo euadant, fiunt noui occupantis, *g* & non vulnerantis, nisi aduerietur consuetudo, *h* exceptis animalibus domesticis, *i* vel feris abire, & redire solitis, *k*
- Præda in bello publico, & iusto facta, non solum rerum, sed personarum, itaut res mobiles miles, *l* immobiles vero Dominus belli suas faciat, *m*
- Inuentio rei puta gemmæ, vel lapilli, in loco communi, & eius apprehensio, *n*

Accessio duplex est:
- Naturalis, quæ per se, & tacitè, &
- Industrialis, quæ facto hominis fit,

Naturalis vt:
- Natiuitas fœtuum, qui ex animalibus nostris nascuntur, *o*
- Fructuum perceptio, ex re, vel rei occasione, à nobis ad vtilitatem facta, quorum alij sũt, *p*
  - Naturales, vt Pira, poma, in quibus natura, *q*
  - Industriales, vt Vuæ, in quibus industria plus confert, *r*
  - Ciuiles, qui in totum prouenniunt ex industria, vt pensiones domorum annui redditus, &c.
  - Et istorum alij *s*
    - Habentur in pretio communiter apud omnes, vel apud aliquos tantum
- Alluuio, quæ est incrementum, quod latenter ipso iure fluminis facto, agrum alicuius ei cohærentem accrescit, *t* sed non palam & impetu, nisi postquam appulsæ arbores radices egerunt, *u*
- Insula nata, quæ in mari fit primi occupantis, *x* In flumine vero fit illorum, qui habent prædia proximiora, *y* mediante apprehensione.

p Horat. Barbatus de diuis. fructuum p. 1. c. 2. n. 1. & 7. q §. in pecudum 37. hic Boer. decis. 224. r l. si eius fundi 78. ff. de rei vindic. s Rot. in recent. p. 2. decis. 394. nu. 2. & 3. t §. præterea 20. hic. Cyriac. controuer. forens. 376. n. 7. & passim. u §. quod si vis 21. hic, x l. insula §. 3. ff. de acq. rer. dom. y §. insula 22. hic Cyriac. vbi sup. n. 9. & passim Azor. inst. mor. d. cap. 14. verb. iure itidem.

Induſtrialis, vt

Specificatio, cum quis bona fide, & ſuo nomine ex aliena tantum materia, vel partim ex propria, partim ex aliena, nouam conficit ſpeciem, itaut non poſsit reduci ad priorem materiam, *a*

Acceſsio ſpecifica, cum v. gr. ad veſtem alicuius accedit, ſeu annectitur res pretioſa, *b*

Commixtio, qua materias ſponte, vel caſu confundimus, itaut ſint communes, *c* vel ſpecies miſcemus, itaut res fiat communis de omnium conſenſu, alias ſecus, *d*

Ædificatio, quæ fit vel in noſtro ſolo, ex materia alterius, vel in ſolo alterius, ex materia noſtra, & tunc in dubio ædificium pertinet ſemper ad Dominum ſoli, *e* itaut priori caſu materiæ Dominus non poſsit eam repetere, niſi diruto ædificio, *f* ſed ſolum agat actione de tigno iuncto. *g* Poſteriori verò ædificans, non repetat expenſas, niſi ſit in bona fide, *h*

Implantatio arboris propriæ in fundo alieno, vel arboris alienæ in ſundo proprio, quæ ſtatim atque radices geſsit fit Domini fundi alias non *i* a terra tamen fortuito euulſa poteſt repeti, *k*

Satio, quæ ſolo cedit, ſed bona fide repetitur, *l*

Scriptura, quæ licet olim cartæ cederet, nihilominus hodie carta cedit ſcripturæ, *m* prout tabula cedit picturæ, *n*

Inuentio theſauri, qui ab aliquo quomodocumque reperiatur in loco proprio, vel ſacro, fit inuentoris, ſi verò fortuito in alieno loco, vel publico reperiatur fit inuenientis ſolum pro dimidia, *o*

Traditio, quæ duplex eſt *p*

- Propria, quæ eſt rerum corporalium, ſiue mobilium, ſiue immobilium modo in commercium veniant, ſitque de manu in manum in omnibus ferè contractibus
- Impropria, quæ fit in perſonam
  - Certam per
    - Patientiam, vt in rebus incorporalibus, *q*
    - traditionem clauium, *r*
  - Incertam per
    - Apprehenſionem miſsilium, ſeu rei in vulgus donationis gratia proiectæ, *ſ* vel pro derelicta habitæ, *t*

a §. cum quis ex aliena 25. hic & ibi gl. ſuo nomine Azor. d. cap. 14. verb. præterea.
b §. ſi tamen 26. hic, Azor. ibidem verb acquiritur.
c §. ſi duorum 27. hic.
d §. quod ſi frumentum 28. hic. Azor. ibid. verb. præterea iure gentium.
e Rot. diuerſ. p. 1 decif. 475. num. 10. Gratian. diſc. 32. n. 1. & 9.
f Gratian. diſc. 21. n. 27. tom. 1. Sund. decif. 78 num. 23. & ſeq.
g l. 1. §. 1. ff. de tign. iniunct.
h §. cum in ſuo ſolo 29. & ſeq. hic.
i §. ſi titius aliena 31. hic.
k Gratian. d. diſc. 21. n. 26. 28. & 29.
l §. qua ratione 32 hic.
m §. ſi quis 34. hic
n l. in rem 23. §. ſed & id 3 ff de rei vind.
o §. theſauros 39. hic Leſſ. de iuſt. li. 2. cap. 5. dub. 15. et 16.
p §. per traditionem 40. hic.
q §. interdum 44. hic.
r §. item ſi quis 45 hic.
ſ §. hoc amplius 46 hic.
t §. qua ratione 47. hic. Azor. inſt. mor. t. 13. p. 3. li. 1. verb. tertij generis

Et sic iure Gentium acquiruntur tantum res corporales, nempe quæ natura sua tangi, vel videri possunt, potentia, vel actu, vt sunt res mobiles, vel immobiles, a sed iure ciuili non solùm acquiruntur res corporales, sed & incorporales, quæ nec tangi, nec videri, sed solum mente, & intellectu percipi possunt, b

TIT. 2. de reb. corp. & incorp.

Vt seruitus quæ aut est, c
- Merè Personalis, de qua diximus in primo libro.
- Merè realis, vt est seruitus feudalis, d.
- Mixta.

Merè realis, seu prædialis est ius quod quis habet in re alterius, vt is aliquid patiatur, vel aliquid non fiat, e &

Consistit in
- Solo, & dicitur Rustica, vel
- Superficie, & vocatur Vrbana, f

TIT. 3. de seruit. rust. & vrb præd.

Rustica est, quæ debetur prædijs rusticis, hoc est fundis, vel ædificijs, intra vel extra vrbem ad seruanda pecora, vel fructus destinatis; g.

Et duplex est, h
- Nominata, vt
  - Iter, quod est ius quod quis habet pedes, vel eques, aut cum lectica eundi fundum suum per fundum alienum, sed non cum vehiculo, i
  - Actus, quem quis habens transit per fundum alterius, etiam cum iumento, & vehiculo, k sed eius sicut & itineris, latitudo certa non datur, l & est in arbitrio.
  - Via, quæ est ius lapidem, & tignum trahendi, continens in se actum, qui & iter in se continet, m cuiusque latitudo certa est, n. & triplex est.
    - Publica, seu regalis, o.
    - Priuata, qua per agros vnius vel plurium seruituti deditos, cuidam particulari, vel omnibus licet petere fundum suum, p.
    - Vicinalis, quam plures vicini aliquid conferendo simul statuunt, vt sit communis, ratione commoditatis;
- Innominata, vt
  - Aquæductus, seu ius aquæ ducendæ per fundum alienum, q
  - Aquæ haustus ex flumine, fonte, vel puteo alieno, r
  - Pecoris ad aquam vicini appulsus, eius adaquandi gratia, s.
  - Ius pascendi pecus; t vel coquendi calcem, u vel fodendi arenam in agro alterius, x

a §. 1. hic gloss. sul in princ. hic.
b §. 2 & 3. hic.
c sup. de iur. person. Iaf. de action. §. æque si, num. 1. Oliban in d. §. æque n. 85. & 86. Gomez var. resol. cap. 15 n. 1 tom. 2. Rot. in recent. p. 1. dec. 199. n. 2.
d Hor. Barbat. de diuis. fruct. p. 1. c. 10. n. 2.
e l. quoties 20. §. seruitutum. ff. hoc tit.
f §. ideo autem 3. hic. Azor. inst. mor. p. 3 lib. 1. cap. 36. Oliban de action. in d. §. æque. n. 97 & seq.
g l. eo iure 4. §. stabula, ff. in quibus. caus. pign.
h gl. in l. 1. vers. in rusticis, ff. de seruit. rust. præd. Azor. vbi sup. verb. decimoquarto, Oliban. vbi sup. nu. 108.
i d l. 1. et in princ. hic.
k in princ. hic.
l l. certo 13. §. 2. ff de seruit. rust. præd.
m in princ. hic.
n l. via latitudo 8. ff. hoc tit.
o l. 2. §. viam ff. ne quid in loc. pub.
p d. l. 2.
q §. 1. hic.
r l. ergo 5. §. 1. in fi. & seq ff. hoc tit.
s l. pecoris 4. ff. hoc tit.
t l. 1. §. 1. l. iure seruitutis 3 & l. 4. ff hoc tit. Surd. dec. 236. n 7.
u d l. 1. 5. & 6. ff. hoc tit. x ibid.

Vrbana est, quæ prædijs vrbanis, hoc est, ædificijs intra, vel extra Ciuitatem ad habitandum constructis inhæret, a

Et duplex est b
- Negatiua, vt seruitus
  - Altius non tollendi ædificia, c
  - Stillicidij non auertendi super tectum suum, d
  - Ne prospectui, e vel luminibus officiatur, f.
  - In pariete communi fenestram non faciendi, g.
- Affirmatiua, vt h
  - Oneris ferendi domus alienæ, i
  - Altius tollendi puta propter ventos, k
  - Auertendi stillicidium super tectum, aut aream alterius, l
  - Immittendi tignum, super vicini parietem, m
  - Aquam e domo proijciendi in solum vicini,
  - Protegendi vicini solum, n
  - Prospectus, vel luminum, vt in domo non cœlum, sed eius claritas videatur, o

Quæ seruitutes sunt
- Continuæ, quæ semel constitutæ semper durant, etiamsi non reuocentur ad actum, vt seruitus aquæductus, p
- Quasi continuæ, quæ durant in perpetuum potentialiter, sed non actualiter, vt seruitus stillicidij, &c.
- Discontinuæ, quæ solum incommodum afferunt dum reducuntur ad actum, vt seruitus itineris, &c. q

Et acquiruntur
- A lege, statuto, vel consuetudine loci, r
- A Iudice, s
- Contractibus inter viuos,
- Testamentis, t
- Vsucapione, & per longum tempus si sint continuæ, aut quasi vel longissimi temporis præscriptione, u si sint discontinuæ, x ijsdemque modis amittuntur. y

Seruitus mixta triplex est
- Vsusfructus,
- Vsus, &
- Habitatio.

a Axo. in summ. n.1. C.de seru. & aqua l. vrbana præd ff de verb.signif.
b Mollina de iust. tract. 2. disp. 12.
c Azor. inst. mor. p. 3. lib. 1 cap 36 per tot.
d l. altius. C. de seruit. & aqua.
e l. 1. & ibi gl. ff. hoc tit.
f l. inter seruitutes. ff. hoc tit.
g l. lumen, & l. si arborem. ff hoc tit.
h l. eos, ff hoc tit.
i l. cum debere, & ibi gl. ff hoc tit.
k l. 1. & ibi gl. & DD ff. hoc tit.
l ibid.
m l. 2. ff. hoc tit.
n ibid.
o Axo. in summa, §. si autem, de seruit & aqua.
p l flumina 38 ff. hoc tit. Ias. de action. §. aque n. 20
q DD. in l. seruitutes 14. de seruit.
r l. venditor 13. §. 1. ff. comm. præd.
s l. item labeo 22. §. sed etiam ff famil. ercisc.
t §. si quis velit, 4 hic.
u l. vlt. in fin. C. de præscr. long. temporis l. foramen ff. de seruit. vrban. præd.
x Guid pap. q. 407. Barbat. de fruct. diuis. p. 1. c. 6 n. 19
y DD. in l. hæc autem, ff hoc tit.



Vsus.

TIT. 4. de vsufr.

- **Vsufructus est duplex** *a*
  - Causalis, qui est iunctus cum proprietate
  - Formalis, qui à proprietate separatur, & definitur facultas alienis rebus vtendi, fruendi salua earum substantia; *b* idcirco in eo requiritur cautio de restituendo, & fruendo arbitrio boni viri, *c* & duplex est, *d*
    - Legalis, qui conceditur ex dispositione legis, vt est ille, qui patri conceditur super bonis filij, de quo infra, & alij similes.
    - Conuentionalis, qui prouenit à priuata dispositione, &
      - Constituitur in rebus, quæ vsu, *e*
        - Non consumuntur, & tunc est verus
          - idq.
            - Testamento
            - donatione
            - pactis, vel
            - sententia iudicis, *f*
        - Consumuntur, & tunc est quasi vsufructus, *g*
      - Finitur, *h*
        - Morte naturali, vel ciuili, vsufructuarij, *i*
        - Non vtendo per modum, & tempus,
        - Cedendo proprietario
        - Acquisitione dominij per vsufructuarium facta,
        - Rei mutatione, vel interitu, *k*
        - Finito tempore præscripto, vel iure constituentis, *l*

a Molina de iust. tract. 2. disp. 7.
b In princ. hic, Azor. inst. mor. lib. 1 p. 3. cap. 24.
c Ludouic. decis. Perus. 63. nu. 16. Surd. decis. 67. nu. 1.
d Gomez. var. resolut. tom. 2. cap. 15. nu. 1. in fin. Azor. ibid. cap. 25.
e Azor. ibid. verb. septimo quæritur.
f §. vsufructus 1. hic, Azor. d. cap. 25 Caualc. dec. 12. n. 11.
g §. constituitur 2 hic. Rot. post Fenzon. ad statut. Vrbis decis. 80. in princip.
h Azor. vbi sup. cap. 26. per tot.
i §. Finitur 3. hic
k Surd. decis. 198. num. 26.
l d. §. finitur 3. per tot. Molina vbi sup. disput. 9. per tot.

TIT. 5. de vsu, et habit.

- **Vsus datur etiam duplex,** *m*
  - Causalis;
  - &
  - Formalis; de quo hic agitur.

Vsus formalis est ius vtendi rebus alienis, salua earum substantia, *n* itaut vsuarius non possit sicut vsufructuarius ius suum cedere, sed tantum ipso vti ad necessitatem, *o*

Habitatio est facultas inhabitandi ædes alienas salua earum substantia, *p* data ab vsu differentia, quod nimirum vsuarius tantum vti, habens vero habitationem ius alteri locare, vel cedere possit, *q*

Quæ habitatio, & vsus eodem modo constituuntur, & finiuntur quo vsufructus, *r*

m Molina de iust. tract. 2 disp. 5. per tot.
n l. 1. & 2. ff. hoc tit.
o §. minus autẽ 1. hic.
p in princ. hic.
q §. sed si cui 5. hic.
r in princ. hic & glos. fin. in l. 3. ff. de vsufr.

Ta-

Talisque acquisitio ciuilis est { Particularis, vel Vniuersalis. } vt { Vsucapio, Donatio, Dos. }

TIT. 6. de vsucap.

Vsucapio est adiectio, seu acquisitio dominij per continuationem possessionis, a & duplex est;

{ Fiscalis qua Princeps superiorem non recognoscens, vel eius ærarium, b res alienas per quadriennium, c priuatus vero res principis incorporales per quadragenariam præscribit, d corporales vero per quinquennium, si fuerint confiscatæ ob vectigal non solutum, vel per quadriennium, si ob aliam causam ad Fiscum fuerint delatæ. e

Priuata est præscriptio rerum { Mobilium, quæ dicitur vsucapio per triennium, f

Immobilium, { Longi temporis, seu decẽ annorũ inter præsentes, & viginti inter absentes, g

Incorporalium. { Longissimi tẽporis, seu triginta annorũ qua præscribũtur omnes actiones; h

Immemorabilis, seu quadraginta annorũ, i qua præscribũtur seruitutes discontinuæ, k etiãq. bona Ecclesiæ priuatæ, l non tamen Romanæ. m

Sed non currit præscriptio contra pupillum, vel minorem, n nec contra Ecclesiam, quæ priuatò successit, o nisi per legitimum tempus. }

Vt autem valeat præscriptio requiritur, p { Bona fides in principio de iure ciuili, q formalis, & positiua, & passim de iure canonico, r

Iustus titulus, s seu causa, t

Res non vitiosa, hoc est, non furtiua, aut vi non possessa, & in comercio existens, u

Iusta possessio, x & continuata per tempus à lege præfinitum, y }

a l. 3. ff. hoc tit.
b Rot. in Sabinen. spolij coram Bubalo 10. Decembr. 1586. n. 4.
c Rot. recent. p. 1. dec. 499. n. 3. & addicto vlt. hic.
d gl. in §. res fiscibis, Boer. decis. 264. n. 21. Bald. de præscrip. 2. parte 5. principalis q. 4 princ. n. 3.
e l. 2. C. de vectig. et commiss. l. in quatuor, §. 1. ff. de diuers. & temp. præscrip.
f Less. de iust. lib. 2. cap. 6. dub. 1. num. 4.
g in princ. hic vl. vnic. C. de vsucap. transform.
h vt inf. dicitur tit. de perp. & temp. act.
i Thes. lib 1. q. 8. n 10. & seq.
k l hoc iure 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æst.
l Rot. in recent. p. 1. decis. 208. n. 1.
m Gratian. discep. 95 num. 6.
n Guid pap. decis. 31. n. 3 Gratian. cap. 79 n. 4. Caualer. decis. 346. n. 5. Ludouis. decis. 489 n. 13.
o Canal. comm. contr. tom. q. 36. n. 5.

p Molina de iust. tract. 2. disp. 52. & seqq. Azor. inst moral. lib. 1. p. 3. cap. 17. 18. & seqq. q in princip. hic, & §. diutina 12. hic. r cap. vlt. ext. de præscript. Guid. pap. decis. 416. n. 8. Barbos. ad rubr. C. de præscript. 30. vel 40. annorum num. 40. & 280. s in princip. hic verb. rem emerit; Menoch. tract. retin poss. 3. remed. num. 638. t l. 2. §. 1. ff. pro herede. u §. sed aliquando, cum seq. hic. x l. 25. ff. hoc tit. y d. §. diutina hic Bonius de statut. vrb. præscript. gl. 19. num. 217. Gomez. l. tauri 45. num. 105. Rot. diuers. par. 2. decis. 318. nu. 2. & par. 1. decis. 228. num. 4.

Do-

TIT. 7. de donat.

- Donatio duplex est, a
  - Propria, seu pura, simplex, & perfecta, quæ est liberalitas, quam sponte in alium exercemus, b
    - Sic requiritur, vt fiat, c
      - Inter viuos sine cogitatione mortis, d
      - Absolute sine intentione repetitionis,
      - Pure, & mera liberalitate, & non ob aliquam causam, e, &
      - Itaut statim res fiat donatarij, vel ipsi saltem acquiratur ius, & actio.
    - Et excedens quingentos aureos,
      - Insinuari debet viuente donante, nisi sit f
        - Remuneratoria, g mutua,
        - Pro redimendis captiuis, h vel
        - ædium reparatione, i
          - Alioquin valet solum pro quingentis aureis, k
      - Insinuata reuocari nequit, l nisi propter
        - Ingratitudinem, m
        - Superuenientiam liberorum, seu inofficiositatem, si filij in legitima defraudentur. n
        - Vel alias similes vrgentes causas, o
  - Impropria, seu conditionalis, & imperfecta, quæ fit tacite, vel expresse sub aliqua conditione, causa, p modo, vel tempore respiciente effectum, vel dantis vtilitatem, q
    - Vt donatio
      - Metu, & causa mortis, r coram quinque testibus præsentibus facta, s quæ reuocari potest,
        - Post recuperatam sanitatem, t
        - Ex pœnitentia, u & tunc requiruntur tantum duo testes, x vel
        - Præmoriente donatario, y
      - Propter nuptias in compensationem, & assecurationem dotis, z quæ sponsalitia largitas, vel antipherna vulgo augmentum appellatur, & fieri potest ante vel post contractum matrimonium, debetque esse doti congrua, a & aliæ similes.

a Nicol. Mozzi. de contract. tit. de donat. cap. 2. n. 3.
b l. donari 20. ff. hoc tit.
c Mozzi. ibid. n. 4.
d §. alia autem hic.
e Thes. decis. 270. n. 20.
f d. §. alia, Gratian cap. 887. num. 13 Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 4. n. 18.
g DD. in l. aquilius. 27. ff. hoc tit.
h l. penult. in princ. C. de donat.
i ibid. §. eandemq.
k Mozzi. vbi sup. cap. 4. n. 16. in fi. Gabr. de donat. concl. 1. per tot.
l §. perficiuntur, hic.
m Gomez. d. c. 4. n. 14.
n Gabr. vbi sup. concl. 2. per tot. Sesse decis. Aragon. 26. nu. 74. vol. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gl. 8. p. 2 per tot.
o contentas in gl. n. 10. §. sciendum, hic Surd. decis. 214. n. 16. Gratian. cap. 82. n. 25.
p Surd. decis. 290. n. 20.
q §. mortis causa 1. hic, Mozzi. d. cap. 2. nu. 5. & 6. Thes. d. decis. 270. n. 20. Gratian. d. cap. 82 n. 34.
r d. §. mortis causa. s Honded. cons. 32. num. 91. Surd. decis. 149. num. 17. t l. 2. in fin. ff. de mort. caus. donat. u l. Senatus 35. §. mortis causa 4. ff. eod. Gomez. d. cap. 4. num. 16. x Caberan. decis. 53. num. 6. y d. §. mortis causa hic, Gratian. discept. 96. num. 3. Gomez. d. cap. 4. num. 19. §. 2. Thes. decis. 70. num. 9. z §. est & aliud, 3. hic, a Mozzi. d. cap. 2. num. 19.

Sed

Sed donationum communia sunt, quod

- Donatur res
  - Propria, & non aliena, a
  - Vendibilis, & in commercio existens, b
  - Particularis, & non omnia bona, c
  - Certa, re, loco, & quota, d
- Hodie non requiritur stipulatio, sed nudo pacto donari potest, e
- Pro donato competit actio, f
  - Ex stipulatione, si aliqua intercessit,
  - Condictione certi,
  - Ex stipulatu, si incertum contineatur,
  - Condictione ex lege, si nulla interuenit stipulatio.
- Donans debet esse habilis ad donandum, g

TIT. 8. quib. al. lic. vel non.

Nam aliquando Rerum

- Domini non possunt eas alienare, vt
  - Vxor, quæ non potest donare res dotales, h
  - Maritus, qui dictas res dotales nequit alienare, i nisi sint æstimatæ, k vel pondere, numero, vel mensura constent, l
  - Furiosus, prodigus, pupillus, & minor, qui sine tutore, vel curatore, m imo aliquando sine Iudicis decreto, vel causa cognita, n alienare non possunt,
  - Filius fam. qui bona super quibus pater habet vsumfructum donare nequit sine eius consensu, o
- Non Domini res alienas ritè alienant, vt Creditor, qui non soluto debito potest pignus conuentionale, licet non suum alienare, p vel pater, qui etiam sine decreto bona aduentitia filij sui minoris vrgente necessitate alienare potest, q

a Mozzi vbi sup. cap. 4. num. 2.
b l. in æstibus 9. §. fin. ff. de donat.
c l. stipulatio 61. ff. de verb. obligat. Mozzi. d. c. 4. num. 6. Less. de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 13. num. 93. Thes. decis. 97. num. 2.
d Mozzi. ibid. num. 5.
e Mozzi. vbi supra cap. 5. num. 1. Osasc. decis. 33. num. 12.
f Mozzi. vbi sup. cap. 8. n. 1.
g §. mortis causa hic, Crassus in §. donatio causa mortis, q. 3. nu. 4. in fin.
h Mozzi. vbi supra cap. 4. nu. 2.
i In princip. hic, & l. vnic. C. de rei vxor. act.
k l. dote ancillam C. de rei vind. l. quoties 5. C. de iure dot.
l l. 1. §. 1. ff si cert. petat.
m §. nunc admonendi 2. hic, & vt sup. de auth. tut. Mozzi. vbi sup. c. 3. n. 2. 3. & 4
n l. ob æs alienum 12. & toto tit. C. de præd. & alijs reb. minor.
o Mozzi vbi supra cap. 3 num. 9.
p §. contra hic, l. fin. C. de iur. dom. impetr. Argel. de acq. poss q. 8. nu. 818
q Gratian. discep. 107. n. 11.

Itaque ab alijs ritè alienata acquirimus per *a*

- Nosmetipsos, vt supra diximus.
- Alios puta
  - Seruos, per quos olim acquirebatur, sicut & hodie acquirimus per liberos homines, qui sponte nobis inseruiunt, ita vt nobis ex re nostra, & operibus suis, sibi vero ex re aliena acquirant, *b*
  - Extraneas personas, vt *c*
    - Mandatarios,
    - amicos,
    - Procuratores,
    - Negociorum gestores,
    - Tutores, & Curatores,
    - Institores,
  - Liberos nostros, qui possunt habere quadruplex peculium, nempe *d*
    - Castrense, quod ex militia, vel eius causa, quomodocunque in castris, vel alibi acquirũt, *e*
    - Quasi castrense, quod ex togata militia, hoc est, ex professione alicuius scientiæ, vel artis liberalis, aut ex militia cęlesti, hoc est redditibus beneficij consequuntur, *f*
      - Et in his duobus liberi habẽt proprietatem, & vsumfructum pater vero nihil; si à lege, & ab homine ipsi vsusfructus prohibeatur; *g*
      - Sed si solsi à lege tunc in ijs habet aliquam fructuum commoditatem, *h*
    - Profectitium, quod ipsis prouenit ex re, vel contemplatione patris, & de quo testari nequeunt, cum eius proprietas, & vsusfructus ad patrem spectet, *i*
    - Aduentitium, quod extra rem patris ex quibuscumq; causis acquirunt, *k* Puta hæreditatem matris, &c & in hoc liberi habent proprietatem, pater vero totum vsumfructum *l* quamdiu viuit, *m* Modo liberi non sint emancipati, *n* Vel Patri ab homine non prohibeatur vsusfructus, *o*

TIT. 9. per quas person. cuique acq.

a Azor. inst. mor. p. 3 lib 1. cap. 15
b §. 4. vers. quod enim hic, & vt infra de locat.
c § ex his itaque 5 hic.
d Less. de iust. libro 2. cap 4. dub. 3
e l. 2. C. de castr. pecul milit.
f l. aduocati 14. C. de aduoc. diuers. iudic. Paschal. de pat. pot. par. 1. cap. 3. nu. 2. 3. & 4.
g Mastril. decis. 82. n. 6. & seq.
h de Franch. decis. 10. n. 9.
i l. qui in potestate 6. ff qui test. fac. poss
k l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib
l ibid.
m Osasc. decis. 94. per tot.
n §. hoc quoque hic
o Mastrill. decis. 59. n 4. & seq.

Dos

Dos verò datur à

- Natura
  - Animo, vt sunt: Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia.
  - Corpori, vt: Pulchritudo, Velocitas, & similes.
- vel Homine pro
  - Ecclesia fundanda, & tunc dicitur ius patronatus, seu aduocationis, quod est potestas præsentandi instituendum ad beneficium ecclesiasticum simplex, & vacans, *a* Hinc fundans Ecclesiam dicitur patronus, seu vicedominus, *b* Quod nomen patronus dicitur tripliciter, respectu scilicet *c*
    - Serui manumissi, sed hodie nullos esse seruos supra diximus lib. 1.
    - Causarum, & litium, vt sunt aduocati
    - Fundationis Ecclesiæ, & istud est propriè ius patronatus, quod duplex est *d*
      - Ecclesiasticum, quod Legatis Apostolicis subest, & durante semestri competit illi, qui Ecclesiam fundauit, vel extruxit, vel dotauit de bonis Ecclesiæ.
      - Laicale competit illi, qui de patrimonio suo Ecclesiam fundauit, & c itaut intra quadrimestre nominare possit.
  - Filia maritanda, & tunc definitur ius quoddã datũ traditum, vel promissum à muliere, vel eius patre viro, vel eius patri propter onera matrimonij sustinenda, *e* & duplex est, *f*
    - Aduentitia, quæ voluntariè constituitur à quacunque muliere nomine suo, vel ab alio eius nomine, in cuius mulier potestate nõ est, *g*
    - Profectitia, quę necessariè à patre, & tãquam à patre, vel auo, vel proauo paterno constituitur filiæ, vel nepti in patria potestate cõstitutæ pro matrimonio, *h*
      - Spirituali, seu ingressu monasterij, *i* sine spe recuperandi, *k*
      - Carnali, & tũc duplex est
        - Data, & recepta, pro cuius restitutione datur actio pro dote, *l* quæ ꝗ. reuocari nõ potest, *m* nisi propter inofficiositatem, vt filij legitimã cõsequantur. *n*
          - congrua
            - quod iudicatur ex eo, quod pater cęteris dedit, *o*
          - non congrua
        - Confessata, quæ dicitur impropriè dos, *p* Imo confessio ante, vel post contractum matrimonium facta est nulla, *q*

a Lessi. de iust. tit. de benefic. dub. 4 n. 17.
b Anton. Gaibert. de dote c. 2. n. 2. & 3. Lãbertin. de iur. patron. q. 1. princ. p. 1. li. 1 ar. 3. n. 12
c Lambertin. vbi sup. ar. 2 per tot.
d Lambertin. ibid. art. 5 per tot. Lessi d. dub. 4. n. 19. & seq.
e Ioan. Campegius de dote q. 2. n. 1.
f Campeg. ibid. q. 10. n. 2. Consil Rogerius de dote c. 3. n. 1. & cap. 11. in princ.
g Campeg. d q. 10. n. 3. Iacob. de Butrig de dote n. 46.
h Lambertin. de iur. patron. q 5 princ. art. 1. nu. 7. & seqq.
i Fontanell. de pact nupt claus. 5. glos 1 p. 1. nu. 63.
k Fontanell. ibid. gl. 8 n. 55.
l Fontanel claus 6 gl 1 p. 1. n. 18. & passim.
m Fontanel claus. 4. gl. 28 n. 10.
n Sesse decis. Aragon. 26 n. 74. vol. 1
o Fontanell. d. claus. 5. gl. 8. p. 2. n. 12.
p Campeg. vbi supra q. 93. num. 2.
q Molinus de ritu nupt. lib. 3. q. 59. n. 22.

TIT. 10. de testam ordin.

Acquisitio vniuersalis fit per hæreditatem, quæ est successio in vniuersum ius defuncti, *a* quæ defertur
- Ex testamento, vel
- Ab intestato.

Testamentum est testatio mentis, *b* hoc est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod post mortem nostram fieri volumus, cum hæredis institutione, & fit à
- Pagano, seu pagum incolenti,
- Milite, vel
- Intestabili.

Pagani cum duplex est
- Iustum, quod duplex est, *d*
  - Scriptũ quod duplex est, *c*
    - Explicitum, in quo testator habilis sponte nomen hæredis, & voluntatem suam scribit, vno eodemq. tempore. & contextu coram septem testibus idoneis, rogatis adhibitis, atq; cum testatore subscriptis, *f* & hoc si testator sit litteratus, sin vero notarius scribit, adhibito octauo teste, *g* quibus concurrentibus valet testamentum, licet per accidens non publicetur, *h*
    - sed in dicto testimonio non recipiuntur
      - Mulieres,
      - Impuberes,
      - Furiosi,
      - Serui,
      - Muti,
      - Surdi,
      - Prodigi,
      - Infames,
      - Existẽtes in potestate testatoris.
      - pater in testamẽto sui filij.
      - Frater testatoris
      - Heres institutus
      - Eius pater,
      - Fratres nec qui in eius potestate sunt, *k*
      - Et alij similes, de quibus per Ioan. Monticellum tract. de testibus.
    - Implicitum, quod ad explicito in hoc solum differt, quod contenta in eo non manifestantur testibus sicut in explicito, sed solum testator exponit in tali charta voluntatem expressisse. *i*
  - Nuncupatiuum, quo testator hæredem viua voce, & sine scriptis, coram septem testibus declarat, *l* vel ne morte vnius ex testibus corruat testamentum, curat a notario scribi & subscribi, *m* sed non requiritur tunc subscriptio testium, vt in scripto, *n*
- Iniustum, in quo possunt obmitti quædam solemnitates ex causa
  - Priuilegij puta propter
    - Piam causam, *o*
    - Præsentiam Principis, *p* vel Iudicis, aut Parochi proprij, coram quo & duobus testibus ægrotus valide testatur, *q*
    - Fauorem liberorum, *r*
